CORPVS MEDICORVM LATINORVM

EDITVM

CONSILIO ET AVCTORITATE INSTITVTI PVSCHMANNIANI LIPSIENSIS

VOL. IV

ANTONII MVSAE DE HERBA VETTONICA LIBER · PSEVDOAPVLEI HERBARIVS · ANONYMI DE TAXONE LIBER · SEXTI PLACITI LIBER MEDICINAE EX ANIMALIBVS ETC.

EDIDERVNT

ERNESTVS HOWALD ET HENRICVS E. SIGERIST

MCMXXVII

LIPSIAE ET BEROLINI IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

LIPSIAE : TYPIS B. G. TEUBNERI

IOANNI R. SCHINZ

RADIOLOGO VNIVERSITATIS TVRICENSIS
SCIENTIAE AMABILIS EX HEREDITATE AMATORI
AMICO NOSTRO
HOC OPVS MEDICO-BOTANICVM
DEDICAVIMVS

PRAEFATIO

1. De codicibus.

Pseudoapuleio, Sexto Placito, ceteris libris a nobis editis traditio usque ad medii aeui finem eadem est: eodem ordine omnium qui nobis innotuerunt codicum archetypus haec scripta continuerat. Sed iam ante antiquissimum nostrorum codicum i. e. ante nostri aeui septimum saeculum in tres classes diuisa est quas litteris α, β, γ significare nobis placuit. Quarum classium β et γ inter se magis coniunctae sunt ita ut earum communem archetypum exstitisse nobis credendum sit. Ceteris codicibus multo melius classem α, in herbariis saltem, genuinam scripturam seruauisse ex eo manifestum fit quod neque interpolationibus scatet et herbarum synonyma longe optima forma praebet.

Classis α hi sunt codices manuscripti et ii quibus ad textum in pristinam formam restituendum usi sumus et quos adhibere supersedimus quia nobis nihil noui afferre uidebantur[1]):

**Ca* Codex Casinensis 97 saec. IX; descriptus in „Bibliotheca Casinensis" II (1875) p. 365. Cum apparatus imaginibus codicum lucis ope faciendis aptus, qualem bibliothecae habere solent, in monasterio Casinensi non esset neque aliunde photographus eo posset arcessi ut totum codicem depingeret nisi maioribus sumptibus, in textu Apuleiano apographo fidere coacti eramus quod nobis Dominus Maurus Inguanez, monasterii bibliothecarius doctissimus, summa cura confecerat. Quanta sollertia et sagacitate codicis litteras saepissime mutilatas imitatus esset, nobis confirmare licuit ex trium paginarum imaginibus photographicis quas textu iam in prelum dato tandem recepimus. Et bibliothecario erga nos beneuolentissimo et Henrico Banz, gymnasii Einsidlensis rectori, cuius auctoritate permotus ille se nobis apographum facturum pollicitus est gratias quam maximas agimus. Cum etiam Sextum Placitum describere tempus sibi deesse nos certiores fecisset, Henricus Sigerist, editorum alter, ipse se in montem Casinum contulit ubi per septem dies degens codicem descripsit.

Continet *Ca* a p. 477 ad p. 522 herbarium Pseudoapulei ab herba 21 usque ad finem. Eius lectiones nobis summi esse momenti debent, cum ceteri classis α codices (praeter Fragmenta Monacensia) omnes inter se familiares et, praeter interpolatos, multo magis lacerati sint. Interpolationes in eo raro inueniuntur, sed non desunt quae nobis

1) Asterisco notati sunt codices imaginibus herbarum et bestiarum ornati.

summas dubitationes iniecerint cfr. herb. 21 l. 3 et 45 l. 7. In utroque loco *Ca* uel ille codex ex quo *Ca* descriptus est (uide ann. ad 21, 3 ubi editiones Lignaminis et Torini cum *Ca* consentire dicuntur) lacunas siue ex alio fonte siue ex animo suo expleuisse uidetur.

Nemo dubitabit quin diu cunctati simus antequam tantum in textu Apuleiano *Ca* classis α esse concessimus, in Sexto Placito autem classis β. Continet enim eadem manu scripta in p. 475 Praesidium pastillorum (infra p. 220) ex Apuleio exemptum (ut in Fragm. Monac.), deinde nonnullas herbas cum curis ex Galeni de simplicibus, deinde in p. 474: „Explicit. Incipit alium ex libris Dioscuridis" quem titulum sequuntur quattuor primae herbae libri Pseudodioscuridis de herbis femininis (cfr. H. F. Kästner, Hermes 31 [1896] p. 578); deinde Apuleius, deinde a p. 523 herba quinta et sequentes libri de herbis femininis et Sextus Placitus. Haec omnia praeter Apuleium textum classis β habent. Ordo librorum corruptus bibliopego debetur, sed cur codicis scriba exemplar ex quo describeret mutauerit, difficile est dictu; forsitan corruptelis multo crebrioribus in textu Sexti Placiti deterritus est ne diutius codice suo classis α uteretur.

M Fragmenta Monacensia (Emeranensia) saec. VII ineuntis. Undecim folia quorum nonnulla lacerrima. Continent ab utraque parte textum Apulei, sed tantum curas sine imaginibus et synonymis. Saepe etiam curae omissae sunt; curarum enumeratio pergit per totum Apuleium, ita ut herb. 1 cura 16 numero 63; 1, 17 numero 64; 129, 3 numero 286 praedita sit. Continentur

p. 1 et 2	herb. 1 c. 16 — h. 2 c. 3	p. 14	93, 13—93, 17
„ 3	67 unica cura et 76, 1—3	„ 15	125, 2—126 linea 9 (omissa cura 1)
„ 4	76, 3—77, 1	„ 16	126, 1; 128, 1—129, 2
„ 5	77, 1 et 2; 79, 1	„ 17	129, 3—130 linea 9
„ 6	79, 2—80, 1	„ 18	130 linea 9 — 130 finis; 131 l. 2
„ 7	86, 1—4; 89, 1		
„ 8	89, 3—90, 3	„ 19	131 linea 50 — finis; Praes. past. l. 10
„ 9	90, 4—90, 9		
„ 10	90, 9—90, 14	„ 20	Praes. past. l. 10 — l. 17
„ 11	92, 5—93, 3	„ 21	Praes. past. l. 17 — l. 25
„ 12	93, 4—93, 7	„ 22	Praes. past. l. 26 — finis
„ 13	93, 8—93, 12		

Paginas 17, 18, 19, 20 edidit L. Spengel „Codex Monac. Emer. E XLIII" Philologus 21 p. 120; omnibus iam usus est Hermannus Koebert „De Pseudoapulei herbarum medicaminibus" Diss. Monach. 1888. Carolus Sudhoff „Die Fragmenta Emeranensia des Pseudo-Apuleius in München und der Leidenser Sammelcodex Cod. Voss. lat. Q 9", Archiv für Geschichte der Medizin 8 (1913) p. 446 perspexit fragmenta Monac. non esse olim ex codice *Vo* (qui est tertiae classis!)

abscissa id quod Lucianus Mueller (uide infra) et alii hariolati sunt. Nobis imaginibus lucis ope confectis omnium paginarum uti licuit.

**L* Codex Lucensis 236 saec. IX, „grauissime incendio laesus; lacunosus et corruptelis incredibiliter foedatus". Usi sumus editione textus Apuleiani huius codicis, quam Augusto Mancinio debemus in: Atti della Reale Accademia Lucchese, tom. 32 (1904) p. 251; cfr. Giacosa, Magistri Salernitani nondum editi, Augustae Taurinorum 1901 p. 349 et Mancini, Studi Italiani di filologia classica VIII (1900) p. 140. Sexti Placiti imagines photographicae nobis suppetebant; suppetebant et quinque paginae textus Apuleiani quae nobis confirmabant Mancinium magna sollertia codicis scripturam edidisse. Continet Vettonicae curas 23—47; sequuntur eas synonyma Vettonicae et „nascitur squ." usque ad „omnires sanctas"; tituli morborum usque ad lin. 35; herbarii herbas 1—29; 120; 126 — Praes. pastill.; 131; Epistula ad Marcellinum scripta (uide V. Rose, Hermes 8 p. 38 Ann.) et Sextus Placitus.

Huic codici propinquus esse uidetur

*Codex Lugdunensis bibl. univ. 1283 saec. XV quem existere tardius demum cognouimus ex libro „Codices Manuscripti bibl. Leid." III (1912) p. 166, nam, cum non interpolatus sit, a nobis adhiberi debuit quamuis recentissimae sit aetatis. Eum continere Apuleium (cum eadem subscriptione quae in *L* quidem sed non in interpolatis legitur), Epistulam ad Marcellinum scriptam, Herbarium Galoisii de Wallia(?), alia medicinalia, Sextum Placitum ex descriptione uidimus; imagines photographicae trium uel quattuor paginarum quas, cum plagulis praefationis corrigendis operam daremus, obtinuimus familiaritatem propinquam inter Lugdunensem et *L* esse confirmabant ita ut, quamquam lacunarum licentiarumque plenus est, tamen uere doleas quod eo uti nobis mala fortuna non licuit.

**Hal* (ex errore in herbis 65 et 66 *Halb* scripsimus) Fragmenta Halvarastatensia saec. VII. Duo folia ex tegumento libri medici cuiusdam Montepessulani sumpta in quibus sub alio textu palimpsesti modo scripto fragmenta Apuleiana latere Paulus Diepgen cognouit (Zur Tradition des Pseudoapuleius; Ianus 29 [1925] p. 55 et p. 140). Praeter apographon Diepgenii usi sumus imaginibus in officina photographica monasterii Beuronis insigni cura confectis. Continet

herb. 1, cur. 1—12,
„ 65, lin. 11—15, cur. 1 et 2
„ 66 synonyma, lin. 10, cur. 1.

**Be* Fragmentum Berolinense Ms. Lat. F. 381 No. 1 saec. VIII. Folium unum quod quattuor columnis imagines et textum Apuleianum ex herbis 22 et 23 continet; praeterea nonnulla aliunde petita. Primus edidit P. Lehmann „Apuleiusfragmente", Hermes 49 (1914) p. 612. Praeterea nobis erant imagines photographicae necnon apographon

ab Hermanno Degering uiro doctissimo paratum et nobis amabiliter concessum.

Codices interpolati:

* *Ha* Codex Harleianus 4986 saec. XII (cfr. V. Rose, Anecd. II p. 59; Priebsch, Verz. deutscher Handschriften in England p. 18), anno 1513 in bibliotheca Conradi Peutingeri, qui eum Michaeli Humelbergio, Gabrielis fratri, ab eo rogatus misit. (Cfr. Konrad Peutingers Briefwechsel ed. Erich König, Monach. 1923 p. 229 et 235.) Michaelis lectiones aut apographon totius codicis fratri, cum Apuleium et Sextum ederet, ualde proderant. Manu Michaelis ut uidetur titulus libri Antonii Musae tunc abrasus restitutus est. Continet herbarios cum interpolationibus, Epistulam ad Marcellinum datam, Sextum Placitum.

* *V* Codex Vindobonensis 187 saec. XII de quo uide Diepgen l. c. p. 68. Continet tantum Apuleium cum interpolationibus.

Utriusque codicis nobis imagines photographicae erant.

Ad textum herbariorum restituendum codices interpolati minimi nobis pretii erant et raro tantum eorum lectiones in apparatu critico proferuntur ubicumque alius classis α codex nobis suppetit; sed ab initio herbae Vettonicae *HaV* unici classis α codices sunt, itaque eos adhibere coacti sumus. Idem fit in Sexto, ubi praeter *L Ha* unicus classis α testis est. Scriptus est communis nostrorum codicum archetypus a scriba et purae Latinitatis perito et rem medicinalem callente, quamobrem non modo uitia ex uulgari eloquentia orta corrigere conatus est, sed etiam Synonymis Apuleianis addidit alia ex Dioscuride alphabetico et ex alio auctore quem Soranum appellat hausta et plantarum descriptiones Dioscurideas. De Synonymis uide infra p. XX. Interpolationes ex Diosc. litteratura minuscula textui genuino adiciemus. Haec Dioscuridis in linguam Latinam uersio nobis aliunde nota non est praeter nonnullos locos Isidori Hispalensis (uide e. gr. annot. ad 9, 53) in quibus pro certo confirmari nequit utrum ex Dioscuride Latino quodam nobis ignoto recta uia in Isidorum fluxerint an ex interpolationibus Apuleianis. Si ex interpolationibus Isidorum eos hausisse demonstrari posset, nobis esset certus quidam terminus post quem archetypus codd. interp. scriptus est. Sed prior manus codicis Vratislauiensis (*Vr*) saec. IX vel, ut uerum dicamus, iam codex ex quo *Vr* descriptus est cum scriptura classis β scripturam codicis cuiusdam interpolati coniunxit; uide e. g. herbam 7, ubi duo ultima synonyma classis interpolatae in seriem Synonymorum classis β irrepserunt. Sed etiam in curis saepissime uariae lectiones classis interpolatae in *Vr* uel superscriptae sunt uel genuinas classis β expulerunt.

Hic Dioscurides Latinus a nobis primum editus non idem est qui ab K. Hofmann, T. M. Auracher, H. Stadler in lucem prolatus est

(Roman. Forschungen 1; 10; 11; 13; 14) neque est Pseudodioscuridis liber de herbis femininis neque Dyascorides qui uocatur. Fortasse ea est uersio Dioscuridea quae a Cassiodoro memoratur (De inst. diu. litt. c. 31; cfr. Wellmann, Praef. ad Diosc. II p. XXII).

Uterque codex interpolatus glossis plantarum Germanicis ornatus est; quae num editae sint nescimus. Primus eas animaduertisse uidetur Cockayne (uide infra) p. LXXXII.

In herbis 38 et 39 nonnullae codd. interpol. lectiones cum lectionibus classis β congruere uidentur ex causis nobis plane ignotis.

Orib. Oribasius. Sub titulo „Oribasii de simplicibus libri V“ ab G. Schottio Argentorati anno 1533 aliquot tractatus medicinales editi sunt minime inter se cohaerentes, sed una ut uidetur traditi (cf. V. Rose, Anecdota graeca et graecolatina, Berolini 1870, II, 110 sq.; Schanz-Hosius-Krüger, Gesch. d. röm. Lit. IV, 2 § 1136) quorum primus liber nihil aliud est quam herbarii Apuleiani rudera commixta cum nonnullis herbis libri de herbis femininis. Usus est editor codice nobis perdito classis α optimo ut uidetur et interpolationibus corruptelisque satis libero. Propterea codicis instar, sed pro temeritate editoris cautius illum librum nobis adhibere placuit. Lectiones eius tantum ubi alicuius esse ponderis uidebantur proferuntur.

**A* Codex Anglosaxonicus uel Codices Anglosaxonici inter se familiares quorum praestantissimus est Cod. Vitellius C. III Bibl. Cotton. saec. XI ineuntis, iam memoratus a Fabricio in Bibl. Lat. (ed. Ernesti) III p. 44. De hoc codice et ceteris Saxonicis cfr. praef. editionis quam Oswald Cockayne confecit in: Leechdoms, wortcunning and starcraft of early England vol. I, Londinae 1864. Continet herbarium Apulei, Diosc. de herbis femininis, Sextum Placitum, alios tractatus medicinales. Raro modo hanc uersionem Anglosaxonicam quam tantum ex editione Cockayniana nouimus adhibuimus, crebrius in Sexto Placito.

Illi qui scripta nostra in linguam Anglosaxonicam conuertit textum Latinum praebuit codex ualde familiaris duobus codicibus saec. XIV qui inter se coniunctissimi sunt

*Add. 17063 }
*Add. 21115 } Bibl. Musei Britannici.

Utriusque eorum imagines nonnullarum paginarum photographicae nobis erant, qua re fieri poterat ut eorum aetatem, classem, auctoritatem eruere possemus. Nisi in epistula Antonii Musae nusquam iis ad textum restituendum usi sumus.

Codex *Sangall. 751.* Hic codex tractatibus medicinalibus confertus inter alia etiam catalogum Synonymorum quae ex codd. interpol. deriuata esse uidentur continet quem semel uel bis laudauimus ubi ex re esse nobis uidebatur. Praeter Synonyma etiam aliquot curae Apuleianae in eo leguntur; in Mandragora lectiones eius adposuimus.

Codices classis β per totum orbem terrarum paene innumerabiles existunt. Iam classis totius archetypus textum auxit addendo, mutando, transponendo. Ab initio Apulei et Sexti Placiti canonem addidit qui est alius ac titulus morborum Apulei genuini archetypo servatus. Synonymis alia ex alio fonte qui non est idem ex quo codd. interpol. sua hauserunt adiecit (uide infra). Semper scribae codicum classis β lectionem genuinam mutare perrexerunt ita ut archetypi scriptura vix restitui possit. Itaque saepe singulorum codicum lectiones proferuntur, cum aut propter sermonem aut propter rem medicam laude dignae sint. Nonnunquam archetypi scriptura magis ex diuinatione quam pro certo a nobis constituta est. Ideo nemo non uidebit huius classis lectiones lectionibus classis α impares esse. Ex magno codicum numero praeter *Hil* et *Vr* (et *Va* in Sexto Placito) alios magis exempli gratia quam quo ceteris maioris essent momenti adhibuimus.

Hi sunt classis β codices qui nobis innotuerunt:

**Hil* Fragmentum Hildinense saec. VIII ineuntis quod inuenit et primus edidit P. Lehmann, Hermes 49 (1911) p. 616. Litterae glutine retentae et ei impressae ex tegumento nunc abscisso et perdito quod ex libri folio quodam factum erat in quo olim textus Apuleianus scriptus erat.

Continet Apulei herb. 93, 9—16 et 18; 94 Nomina + cura quam ab archetypo classis β additam in Appendice inuenies. Nobis imagines photographicae erant.

Vr Codex Vratislaviensis Bibl. univ. III F 19 saec. IX, cf. C. E. Chr. Schneider, Index lect. hib. Vratisl. 1839; Henschel, Ianus 1 (1846) p. 639; Koebert l. c. p. 5; Diepgen l. c. p. 6. Habebamus imagines totius codicis. Continet praeter alia imprecationes, Apuleium a fine corruptum, Sextum Placitum ab initio lacerum, a fine mutilatum.

Codex difficilis est descriptu et omnigenus lectionibus confertus, quia multae manus ei operam dederunt. Pro certo affirmare audemus iam a quo *Vr* descriptus est codicem lectionibus classis β addidisse lectiones codicis cuiusdam interpol. classis α. Praeterea correctores et alii posteriorum aetatum scribae uim lectionum adiecerunt ita ut apparatus criticus, si ueram codicis imaginem lectori dare uoluisset, in omni linea uarietates codicis *Vr* praebere debuit quas imitari typographo summas difficultates praebuisset. Quamobrem uariae lectiones cod. *Vr* eae tantum afferuntur quae ad classem β attinent.

Apographon codicis *Vr* est textus Apuleianus alter codicis medici Hertensis saec. IX, descriptus a Carolo Sudhoff „Codex medicus Hertensis“, Archiv f. Gesch. d. Med. 10 (1917) p. 266.

**He* Codicis medici Hertensis textus Apulei et Sexti Placiti aetate maior, sed et is saec. IX, iam memoratus ab Hallero, Bibl. bot. Tom. I p. 156; descriptus a Carolo Sudhoff, l. c. Continet Apuleium et Sextum Placitum.

Nobis erant imagines totius textus Apuleiani et partis Sexti Placiti; lectiones tamen eius afferre supersedimus, quia in eo curae plurimae omissae et uerba decurtata et mutata sunt.

Codici *Vr* ualde familiaris est codex Bodleianus 130 saec. XII ineuntis qui nuperrime publici iuris est factus in libro: The Herbal of Apuleius Barbarus from the early 12 th. century Manuscript formerly in the Abbey of St. Edmunds (Ms. Bodley 130) described by Robert T. Gunther, Oxford 1925, printed for presentation to the Members of the Roxburghe Club.

B Codex Bambergensis med. 8 (L. III 15) saec. XIII cfr. Leitschuh, Katalog der Handschriften I, Bamberg 1899, p. 438. Nobis erat totus codex photographice depictus. Continet solum Apuleium sine Vettonica et eum cum nonnullis lacunis. Lectiones saepius quam meritus est attulimus. Nam huic codici familiaris est

*Codex Laurentianus plut. 73, 41 saec. X (descriptus a Bandinio, Codd. lat. III p. 35; cfr. Sabbadini, Le scoperte dei codici Latini e greci, Florentiae 1905 p. 147), sed multo melior et plenior atque aetate maior illo; a nobis mala fortuna tardius cum textus iam in prelum datus esset quanti esset cognitum est. Qui si antea nobis notus fuisset, omnino codicem *B* omisissemus.

* *Vi* Codex Vindobonensis 93 saec. XIII (cf. Endlicher, Cat. Codd. philol. lat. Bibl. Palat. p. 155), pulcherrime exornatus non solum plantarum imaginibus quae et in aliis fere omnibus codicibus exstant, sed paene in unaquaque pagina scaenis ex necessitate aegrotorum et medicorum optime depictorum sumptis, cfr. Swarzenski, „Mittelalterliche Kopien etc.", Jahrbuch des deutschen archäol. Instituts 17 (1902) p. 43; Sudhoff, Archiv 10 (1916) p. 73; Diepgen p. 11.

Continet post Imprecationes Apuleium et Sextum Placitum. Nobis erant imagines totius codicis.

Familiares huius codicis sunt:

*Codex Laurentianus plut. 73, 16 saec. XIII exeuntis (cfr. Bandini l. c. p. 35), cuius imagines photographicas habebamus omnium paginarum quae picturis ornatae sunt; sed non erat, quod lectiones eius afferrentur.

*Codex Taurinus K IV 3 saec. XIII exeuntis (cfr. Sudhoff l. c.; Giocosa l. c. p. 358). Codex peremptus est incendio illo bibliothecae Taurinae.

*Harl. 1585	saec. XIII.
*Sloan. 1975	saec. XII.
*Ashm. 1462	saec. XII.
*Royal App. III	saec. XIV.
*Ashm. 1431	saec. XIII.

Omnes coniunctissimi cum *Vi;* omnium aliquot paginarum imagines nobis erant. Duo eorum noti erant Thomae Johnsono (Praef. Herbarii Gerardii anno 1633 conscripta). De omnibus his codicibus Britannicis cfr. Singer, Studies in the History and Method of Science, uol. II, Oxoniae 1921.

Codex Parisinus Arsenal 1031 saec. XV. Continet Apuleium et Placitum. Familiaris codicis *Vi*, sed ualde licentiis uitiatus (cfr. Pansier, Catalogue des manuscripts médicaux des bibliothèques de France, Archiv f. Gesch. d. Medizin II [1909] p. 5 et p. 40). Quamquam imagines paene totius codicis nobis praesto erant, tamen ne illo uteremur recusauimus.

Codex Parisinus Latinus 6862 saec. X, olim Colbertinus, iam memoratus ab Hallero (Bibl. bot. I p. 156) quem imagines photographicae nonnullarum paginarum nobis confirmant esse familiarem cod. *Vi*.

* *Va* Codex Vaticanus Barb. 160 saec. XI. Nobis erant imagines photographicae quinque paginarum textus Apuleiani totiusque Sexti Placiti. Adhibuimus eum solum in Sexto Placito ubi nonnullorum aliorum codicum aetate minorum sibi familiarium uice fungitur.

Codex Vaticanus lat. 6337 saec. XV; coniunctus cum codice *Va;* continet solum Sextum Placitum, qui totus nobis depictus praesto est, sed nullius nobis momenti esse potest.

Ber Codex Berolinensis Hamil. 307, anno 1466 scriptus, continens Apuleium et Placitum, familiaris cod. *Va;* quamquam imagines eius nobis erant, iis usi non sumus nisi in Taxone quem *Va* omisit.

* Add. 8928 saec. XI
* Harl. 5294 saec. XII

quorum prior Apuleium et Sextum Placitum, alter tantum Apuleium continere uidetur. Nobis erant aliquot paginarum imagines.

Codex Lipsiensis bibl. uniu. 1215 saec. XV. Continet a folio 73^r praeter alia Sextum Placitum. Hic codex cuius imagines photographicae nobis praesto erant exemplar ualde decurtatum est classis β.

Codex Lugdunensis alter Voss. E 13 saec. XV, nobis notus tantum ex Koebert l. c. p. 3 et 10 qui eum nullius esse momenti dicit; continet Vett., Apul. usque ad herb. 22.

Codex Sangallensis 217 saec. IX continet inter alia excerpta curas nonnullas Apuleianas, quae classem β redolent, sed plane corruptae sunt.

Codex Sangallensis 44 saec. X; continet et is excerpta Apuleiana ex classe β minimi pretii.

Codex Bernensis 525 saec. XIV—XV. Ualde corruptus est curis mutatis inter se non tantum per errorem bibliopegi. Nullius nobis esse momenti potest. Non est „codex Heluetus“ Barthii (uide infra).

Constantini Africani medici celeberrimi de animalibus liber qui dicitur (editus post Riuinum ab Ackermanno in editione Sexti Placiti p. 115 sqq.) nihil aliud est quam epitoma Sexti Placiti (sine ullis additamentis quae inesse sunt qui dicant); cfr. Steinschneider, Virchows Archiv 37 (1866) p. 406. Praesertim cum codice classis β eius auctor nisus sit, nullius esse momenti ad textum restituendum potest.

Codice quodam classis β usi sunt et compilatores librorum 2 et 3 Pseudo-Oribasii de simplicibus (ed. Schott, cfr. supra p. IX) qui iterum sub titulo Dynamidiorum editi sunt ab Angelo Maio (Class. Auct. e Vaticanis codicibus editorum tomus VII [Romae 1835] p. 399 sqq.). Liber 2 continet pauca Apuleiana commixta cum libro Pseudohippocrateo de uirtutibus, liber 3 adeo multa ex Apuleio sumpta una cum Galeni libro de simplicibus (cfr. Schanz-Hosius-Krüger IV, 2 § 1136); an in libro 3 uestigia etiam classis α sint, nescimus.

Uestigia multa Apulei in glossariis inueniuntur, ut iam Georgius Goetz demonstrauit (Corp. Gloss. Lat. III [1892] p. XXXII et I [1923] p. 55 sqq.), sed nihili nobis sunt cum omnes classis β sint cuius iam testimonia paene nimia habemus. Praeter cetera Synonymis Apuleianis abundat Glossarium I cod. Vat. reginae Christinae 1260 (C. G. L. III p. 549 sqq.); hausta sunt ex codice Apuleiano qui codicis *Vi* simillimus fuit.

Codices *classis* γ sunt perpauci; propior est eorum archetypus codices classis β, sed ab ea disiunctus antequam interpolationes et mutationes eam foedauerunt. Classi γ Sextus Placitus deest.

Hi sunt illius codices:

* *Vo* Codex Vossianus Lat. Q 9 saec. VII, commemoratus ab J. Vossio, ex quo in comment. ad Melam p. 151 se ita emendatum et auctum Apuleium daturum esse pollicetur, ut paene alius uideri possit. Descriptus a Luciano Müller, Mus. Rhen. 23 (1865) p. 187; Koebert l. c. p. 2; Diepgen p. 5. Continet praeter alia quae ad nos nihil attinent prec. omnium herbarum, Apuleium (cum Antonio Musa et titulo morborum) usque ad 76, 4 iam antea aliquot foliis euulsis. Codex nobis et propter aetatem et propter sinceritatem summi momenti est. Erant nobis imagines photographicae totius codicis.

* *C* Codex Casselanus. Cod. Phys. et hist. nat. Folio 10 saec. X. Continet ex capitulo Vettonicae epistulam, Synonyma, „Nascitur etc.", curas 1—16 et herbarii herb. 20, 2 usque ad finem praeter Praesidium pastillorum et folia duo excissa. Apuleium sequuntur plantarum imagines et curarum tituli sine curis aliunde petita et neque Diepgenio neque nobis nota.

Nobis erat totus codex photographice depictus.

E Fragmentum Epporigiense saec. VII. Folium continens rudera titulorum morborum Apulei ab linea 156 usque ad finem, editum

et nobis notum tantum ex tractatu Georgii Goetzii et Gustaui Loewii „Mitteilungen aus italienischen Handschriften“, Leipziger Studien I (1878) p. 367.

Codex Vaticanus Latinus reginae Christinae 846 saec. XI cuius folia XVI ceteris ueteriora notas Tironianas continent in quibus praeter multa alia Herbarii Apulei rudera classis γ scripta sunt, sed mutata et decurtata, ita ut nullius esse ponderis possint ad textum genuinum restituendum. Editae sunt istae codicis paginae a Guilelmo Schmitz in „Miscellanea Tironiana“ Lipsiae 1896.

Codex Parisinus Lat. 13955 saec. X, descriptus a G. Schepss in „Blätter für das Gymnasialschulwesen“ 32 (1896) p. 404. Imagines eius photographicae partium Herbarium quendam continentium qui compositus est ex herbis Apuleianis et aliis nobis non aliunde notis nobis praesto erant. Textus Apuleianus mixtus esse uidetur ex codicibus classium α et β, sed id pro certo affirmare non audemus.

Etiam Montepessuli (uide Pansier l. c. p. 6) et Suessonae codices saec. XV esse nobis notum est, sed imagines quas petiuimus obtinere non licuit.

De codicibus quibusdam Apuleianis qui lingua quae dicitur mittelenglisch scripti sunt disseruit H. Berberich „Das Herbarium Apuleii nach einer früh-mittelenglischen Fassung“ (Anglistische Forschungen V, Heidelbergae 1902). Qui cum tantum quaestionum linguisticarum rationem habuerit, nobis ne classem quidem eorum diuinare licet.

Codicem Heluetum memoratum a Barthio (adu. 37, 23: „codex picturis priscis ornatus in Heluetia inuentus“) inuestigare non potuimus. Eundem esse ac Vossianum *Vo* ut Ackermannus dicit (p. 30 praef.) non est cur credas.

2. De editionibus.

Cum in codicibus manuscriptis Apuleius et Sextus Placitus paene semper una degerint, ab aetate renascentium litterarum alter ab altero disiunctus esse solet.

Primus qui Apuleium in prelum dedit et eum imaginibus ornatum erat anno 1481 ut uidetur Ioannes Philippus de Lignamine. Usus erat ex more temporis sui uno tantum exemplari apud Cassinum inuento. Per bonam fortunam non erat codex classis β neque classis interpolatae, sed codex ualde familiaris codicibus Britannicis Add. 17063 et Add. 21115. Quam ob rem deest epistula Antonii Musae ad Agrippam data cuius in illis codicibus altera pars cum epistula Apulei confusa, altera inter „nascitur“ et primam curam Vettonicae transposita est; simul cum illis habet in Mandragora pro textu genuino Apulei alium ex Dioscuride uersum.

Iterum haec editio in lucem prodiit Parisiis anno 1528 apud Christianum Wechelium. „Claudi Galeni ..., Polybus ..., Apuleius Platonicus de herbarum uirtutibus, Antonii Beniuenii ... Prostat in uico Iacobaeo apud Christianum Wechel, sub scuto Basileiensi.“ Haec altera editio coniecturis multis philologi cuiusdam nobis ignoti praedita est; in Synonymis restituendis usus est Synonymis Dioscurideis, sed tamen pro certo affirmare audemus nullum aliud exemplar praeter editionem Lignaminis editori praesto fuisse.

Eodem anno prodiit editio Albani Torini Vitodurensis, Basileae apud Andream Cratandrum. „Apuleji Madaurensis philosophi Platonici uiri clarissimi de herbarum uirtutibus ... quam a Chirone Centauro praeceptore Achillis et ab Aesculapio accepit, hactenus nunquam in lucem edita“. Usus est Torinus ad textum pristinum restituendum duobus minimum codicibus quorum unum praeter alios uetustissimum dicit non lacerum quidem, sed foedissime corruptum. Cum ipse multa correxerit, difficile est dictu quot qualesque habuerit codices; sed longe uerisimillimum est fuisse codicem interpolatum (neque *Ha* neque *V* cfr. h. 10 l. 36) et codicem classis α non interpolatum similem codicis *Ca*, nam classis α sincerae (cfr. herbam 21) et interpolatae uestigia inueniuntur. Illo codice qui erat uetustissimus et corruptissimus raro tantum usus est, in hoc qui lacunam habuisse uidetur ab herba 69 ad h. 80 fundamentum editionis iecit.

Noua editio prodiit anno 1537 (uide eius praef.) Turici apud Froschauerum cuius sigillum editorium in titulo apparet quam Gabriel Humelberg emendauit et commentario amplissimo instruxit „quoniam prius impressi Antonii Musae et Apulei libri . . . plurimis et grauibus scatent erroribus.“

„Ant. Musae de herba Vetonica liber I. L. Apulei de medicaminibus herbarum liber I. per Gabrielem Humelbergium Rauenspurgensem, archiatrum Isinensem, recogniti et emendati, adiuncto commentariolo eiusdem.“

In unum contraxit Humelbergius duas illas editiones Torini et Lignaminis; sed praeterea et codices manuscriptos ipse attulit; utrum plures an duo tantum, non liquet. Quamquam omnes quos hucusque sibi uidere licuerit codices quam maxime deprauatos et mutilos esse dicit, tamen est cur dubites. Sed pro certo uno usus est exemplari classis interpolatae (uide p. 282, ubi in commentario se historiam i. e. interpolationem Dioscurideam ex antiquis exemplaribus suis ultra ea quae in impresso prius codice habeantur adscripsisse dicit) et uno codice classis β; ex hoc multa ad id temporis ignota, in primis epistula Antonii Musae apud eum primum in lucem prodierunt. Qui codex familiaris est codicibus Harl. 5294 et Add. 8928. Quod exemplar classis interpolatae ei adfuerit, accuratius quoque dicere possumus. Est *Ha* Harleianus 4986 saec. XII, id quod eodem loco p. 282 confirmatur (uide supra p. VIII).

Ceterae Herbarii editiones coniunctae cum operibus Apulei Madaurensis ex editionibus Torini aut Humelbergii reimpressae sunt quantum eas examinare nobis licuit.

Drouertium qui Parisiis anno 1543 herbarium cum ceteris Apuleianis edidit dicit Ernestus Meier (Geschichte der Botanik II p. 320) confirmare se ad ueterum exemplarium fidem textum composuisse. Ipsi hanc editionem non uidimus.

Sextum primus edidit Emericus, Norimbergae 1538. Ipse confirmat se tria exemplaria habuisse; quae si uera sint, omnia classis β fuisse necesse est.

Eodem anno Basileae Torinus etiam Sextum Placitum edidisse dicitur, sed nemo hanc editionem suis oculis conspexisse uidetur. Tantum constat Daumium Reinesio scripsisse (Th. Reinesii epist. ad Daumium, Jenae 1670, p. 95; cfr. Ackermanni praef. p. 17). „Causae sunt, quare et Torini editio (praeter Humelbergianam) mitti debuisset, nimirum discrepantia textus quem uocant. Adeo enim is uariat, ut prorsus aliud scriptum quis putare possit.“ Si hoc uerum sit, uerisimile est Torinum codice classis α usum esse.

Anno 1539 Turici apud Froschauerum in lucem prodiit editio Humelbergii „Sextus philosophus Platonicus de medicina animalium bestiarum, pecorum, et auium, cum scholiis Gabrielis Humelbergii Rauenspurgensis medici“. Is Sextum Placitum iam ab aliis editum esse plane ignorauit, nam eum in praefatione „auctorem antehac quod sciam nusquam impressum“ nominat. Ita ex codicibus manuscriptis textum constituere coactus erat. Ipse tantum de uno exemplari dicit in quo perperam Placitum pro Platonico legi indignatur, sed duo eum habuisse necesse est (aut saltem uarias lectiones duorum) et eadem quae in Apuleio. Sunt codex *Ha* (Harleianus 4986) et codex quidam classis β; ille ei quatenus in α Sextus Placitus seruatus est paene unicum textus fundamentum est.

Editio Humelbergii reimpressa est ab H. Stephano anno 1567 in medicae artis principum post Hippocratem et Galenum collectione.

Anno 1654 Andreas Riuinus Sextum denuo edidit compilando Emericum et Humelbergium. „Veterum quorundam bonorum scriptorum libri ... Sexti Placiti, philosophi Platonici de medicina ex animalibus, Constantini Africani, medici et monachi Cassinensis, de animalium uirtutibus naturalibus ... quos ipsos post ... Gabr. Humelbergium, Fr. Emericum ... diligenter collatis inuicem Ms. et exemplaribus coniunctim edidit cum indicibus An. Riuinus, ph. et med. D. et P. P., Lipsiae, in bibliopolio Ellengeriano.“ In Sexto uestigia codicum manuscriptorum non apparent.

Haec editio iterata est a Fabricio in bibl. Graeca tom. XIII (1746) p. 395.

Apuleium et Sextum per saecula coniunctos, deinde discissos iterum reconciliauit inter se J. Chr. G. Ackermann, prof. Altorf. in libro: „Parabilium medicamentorum scriptores antiqui, Sexti Placiti Papyriensis de medicamentis ex animalibus liber, Lucii Apulei de medicaminibus herbarum liber ex recensione et cum notis J. Chr. G. Ackermann M. D. et prof. Altorf.; Norimbergae et Altorfii, apud Georg. Petr. Monath, 1788." Ei praesto erant omnes editiones a nobis memoratae praeter bestiarii editionem Torini, sed nulli codices manuscripti. Sollertissime uariis editionum lectionibus collatis textum compilatum praebet qui rarissime idem est ac scriptura genuina. Tamen et propter apparatum criticum et propter commentarium est quod Ackermanno gratiam maximam habeamus.

Post Ackermannum nemo Apuleium et Sextum Placitum edere temptauit, multi polliciti sunt.

Liber de taxone quamquam in classibus α et β Sextum antecedit nunquam editus est nisi in epitoma Constantini Africani.

3. De textus traditione.

Archetypus omnium nostrorum codicum continuit Antonium Musam, Apuleium, Auctorem de taxone, Sextum Placitum. Dubium est, an inter Apuleium et librum de taxone iam in illo Pseudodioscuridis liber de herbis femininis fuerit (qui in β ibi nunc legitur) forsitan auctus duobus prioribus libris, nam ut iam H. F. Kästner, Pseudodioscuridis editor, obseruauit, librum nobis seruatum antecesserunt duo alii, cum a fine canonis illum praecedentis scriptum sit: „Explicit liber canonis libri tertii". In nonnullis classis α codicibus (*L*, *Ha*, Lugdunensis 1283) eodem loco inuenitur epistula ad Marcellinum quendam data quam Valentinus Rose (Hermes 8 [1874] p. 38 Ann. 2) praefationem Pseudodioscuridis esse dixerat. Quod non est cur neges, etiamsi demonstrari non possit. Si quidem hoc ita est, in α perierunt omnes tres libri praeter praefationem, in β praefatio et librorum priores duo. In γ autem omnia cum Sexto Placito perdita sunt.

Additae sunt in archetypo communi classis β et γ Imprecationes duae, altera ad Terram matrem, altera omnium herbarum (uide Bährens, P. L. M. I p. 137; Rose, Anthol. Latina I² p. 26 sqq.) quibus respondent additamenta communia utriusque classis in herba basilisca (uide Appendicem 298). Invenies ibi, quomodo tibi basilisca legenda sit; quae demonstratio finitur uerbis: „sic precetur: 'dea sancta tellus' et cetera quae in capite libri scripta sunt" (β); „dicat prece⟨m⟩ qui in capite scripta est" (*C* qui codex solus ex classe γ ibi seruatus est). Id est initium imprecationis terrae. Praeterea in utraque classe additus est a fine mandragorae textus Pseudodioscurideus de herbis femininis qui in β genuinum textum Apulei etiam expulit.

4. De Apulei herbario.

Iam archetypus communis omnium classium habuit Apuleium auctum duobus capitulis; nam mandragoram in Apuleio genuino non fuisse non solum Praesidio pastillorum quod inter mandragoram et ultimam genuini Apulei herbam se insinuauit, sed etiam titulis morborum (seruatis in exemplaribus quibusdam classium α et γ) quibus curae Mandragorae desunt demonstratur. Sed iam antea Apulei herbarius in plane aliam formam ac genuina fuerat mutatus est, nam dubitari nequit quin Apuleius pristinus, antequam auctus est, lectori se praebuisset hac forma: Herbarum imaginem quae summi erat momenti ei qui artis botanicae imperitus herbas salubres inuestigare cupiebat nomen herbae lingua Latina sequitur; nomini succedunt curae ita ut in prima cura haud raro pro nomine herbae quod in secunda et posterioribus curis semper iteratur pronomen „is“ positum sit, uide herbas 3, 13, 23 (eam herbam), 49, 51 (?), 60, 69, 74, 78, 94; semel tantum pronomen „is“ legitur in cura quadam posteriore (h. 11). Ex quibuscumque fontibus curae haustae sunt (uide infra) semper sermonem Latinum redolent quamuis exeuntis antiqui aeui. Postea ab interpolatore quodam inter nomen herbae Latinum et primam curam Synonymorum series interposita est quam ab eo ad id ex Graeco fonte qui a fine Latina nomina praebuit in sermonem Latinum aut quem Latinum esse putabat uersam esse uerisimile est. Incipiunt enim a nominibus Graecis quorum primum haud raro herbae nomen Latinum et genuinum ex Apuleio submouebat (qua de re cfr. Koebert p. 13) et saepe litterae falso transscriptae sunt ($P = p$ et similia) et saepissime nomina Latina terminationes Graecas retinebant (e. g. asparagos nostros). Quam ob rem non dubitauimus Synonyma ex ordine in Codicibus manuscriptis seruato sublata post curas imprimenda dare ut is qui nostra editione utitur genuinam textus formam legat. Sed in legendo nemo obliuiscetur iam in archetypo nostrorum codicum omnium alium rerum ordinem fuisse. Vtrum etiam breues illae comprehensiones quae plerumque a uerbo „nascitur“ incipiunt et nonnumquam paruis plantarum descriptionibus uel historiis quibusdam ornatae sunt genuini Apulei sint an cum Synonymis interpolatori debeantur, difficile est dictu. Diu morati etiam has cum Synonymis post curas transposuimus. Fortasse non omnes ex uno fonte fluxerunt. Sed cum montes Gemelli (herba 16) nobis ex Graecis uerbis „Δίδυμα ὄρη“ uersa esse uiderentur, uerisimile erat nobis has formulas cum Synonymis ex eodem fonte Graeco uenisse. Documento erit etiam locus quidam in herba 56; ibi curam paene omnem ex Plinio 25, 46 haustam esse manifestum fit, sed antea (in codicibus!) legitur in Apuleio „nascitur locis aquosis et humectis“, apud Plinium „asperis locis nascentem“. Praeterea pronomen „is“ in prima cura de quo diximus nobis ita melius explicari posse uidetur, quam si inter herbae nomen et primam curam quicquam intercessisset.

Quis hunc genuinum Herbarium composuerit, nemo doctus hodie interrogabit. Pro certo affirmare licet illum neque L. Apuleium Madaurensem fuisse neque alium quemquam eorum quos ex diuinatione nominare uiris doctis libuit quorum nomina in Ackermanni praefatione sis legas. Sed quo tempore ignotus iste herbarii auctor herbarium composuerit, id eruere nostra ualde interest. Hoc aliter nobis fieri nequit nisi testimonia perlustrantibus.

Apulei fontium nullum nisi Plinii naturalem historiam nobis notum esse iam antea sensim uiris doctis innotuit; nusquam est cur Dioscuridem in eorum numero esse suspiceris, cum quae inter eos communia esse uidebantur aut tantum in codicibus interpolatis inueniuntur aut, id quod iam Wellmannus (Diosc. vol. II p. 8 et alibi) senserat, ex Apuleio in linguam Graecam uersa in codices Dioscuridis se insinuauerant (uide e. g. Vettonica linea 181; herb. 62, 1; cfr. praef. Niedermanni ad Marcellum p. XXIII; Liechtenhan, Sprachl. Bemerkungen zu Marcellus Empiricus. Diss Basileae 1917 p. 31). Ex Plinio quidem saepissime Pseudoapuleius hausit et plerumque ex ipso, non ex fonte communi (quod ita esse Koebert demonstrare uoluerat) neque ex Medicina Plinii uel alia Plinii epitoma, sed tamen multum abest, ut Apulei herbarium ipsum epitomam Plinii appellare possimus; multo maior est numerus curarum earum quarum fontem nominare non possumus.

Sed et liber medicinalis qui Medicina Plinii nominatur cuius auctorem ante Marcellum uiguisse inter uiros doctos constat ab Apuleio adhibitus est. Pro certo id affirmare poteris cum Epistulam Apulei cum Medicina Plinii p. 7 l. 11 sqq. uel herb. 88 curam 6 cum Medicinae I 15 comparabis. Ex hoc loco manifestum fit raris locis non Plinium ipsum, sed epitomatorem Plinii i. e. Medicinae auctorem sub oculis Pseudoapulei fuisse id quod iam Valentinus Rose (l. c. p. 37) probauerat.

De necessitudine qua Marcellus Empiricus cum Apuleio coniunctus est Niedermannus recte iudicauit (praef. Marcelli p. XXV). Non modo ei adsentiendum est Marcellum ex Apuleio hausisse demonstranti, sed etiam uerisimile est Apulei codicem quo Marcellus usus est iam Synonymis auctum fuisse. Marcellus enim, antequam curam Apuleianam laudat (18, 5): „herbam“, inquit, „quam Graeci polygonon, nos aliquot uocabulis, sed praecipue sanguinalem dicimus . . .“ (= Apuleius: A Graecis dicitur polygonos, Romani sanguinaria (β: sanguinalis), Itali proserpinaca, alii statunaria, alii scrutum, alii scorpinacem“) cfr. Marcellus 8, 163 „herbam quam Graeci sarcocollam, nos argimoniam appellamus“ ante curam Apuleianam et Apul. 31: „A Graecis dicitur argimoniam arsena, alii sarcocolla, Itali argimonia.“ Verisimiliter, si quidem conc coniecturam a plerisque acceptam Bianconii refutamus, Apuleius ille quem in praefatione (§ 2) Marcellus inter fontes laudat auctor est herbarii nostri.

Haud magnus est aliorum scriptorum numerus qui Apuleio nostro usi sunt.

Vnus tantum auctor nobis innotuit (praeter Isidorum Hispalensem, de quo iam supra diximus p. VIII) qui ante aeuum Caroli Magni herbarii particulas suo operi inseruerit, Anonymus ille qui Theodori Prisciani Euporiston libros additamentis auxit de quo uide J. Falmey, De Pseudotheodori additamentis, Diss. Monast. 1913.

Quod Marcellus Empiricus Apuleio et Apuleio synonymis aucto usus est, terminus ante quem Herbarius compositus est nobis gratissimus datus est. Ergo ante quintum p Chr. n. saeculum scriptus est; difficilius est demonstratu uel fieri nequit ut demonstres quanto prior illo Pseudoapuleius fuerit. Sermone uulgari aetas scriptoris manifesta fieri nequit, ex illo nihil demonstrari potest nisi illum humanitatis ipsum expertem hominum minime doctorum necessitatibus consulere uoluisse id quod omnibus saeculis fieri potuit. Sed quod id genus liber seruatus, auctus, rei medicae scriptoribus inter fontes adhibitus est, nobis documento erit non ante quartum saeculum herbarium compositum esse. E genio saeculi eius a prioribus tradita illa artis medicae docendae ars quam Wellmannus egregie depinxit („Krateuas", Abh. der Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen, n. series 2 [1897]) deprauata et plebi adaptata est. Difficultas quam in ea re inesse iam Plinius dixerat (25, 8) eadem semper erat quae illis qui antea, melioribus aetatibus, huiusmodo libros composuerant, Crateuae, Dionysio, Metrodoro: „pinxere namque effigies herbarum atque ita subscripsere effectus; uerum et pictura fallax est coloribus tam numerosis praesertim in aemulationem naturae multumque degenerat transscribentium sors uaria; praeterea parum est singulas earum aetates pingi, cum quadripartitis uarietatibus anni faciem mutent." Quae difficultas aucta est eo quod istae imagines per plus mille annos depictae sunt ita ut nostrorum codicum imagines eiusdem herbae saepe uix ex eodem fonte fluxisse credas.

Sine imaginibus Apuleius esse non potest; sed Synonymis opus non est; eius qui hoc herbario utitur non interest quae nomina Daci, Aegyptii alii herbis dederint. Ab alio quodam postea addita esse iam supra uidimus; eodem modo id in Apuleio factum est quo in Dioscuride alphabetico. Sed neuter neutri illa debuit; Apuleius hausit ex Synonymorum catalogo aliquo qui simillimus erat illius catalogi ex quo Dioscurides sua accepit, simillimus, sed non idem. Wellmannus („Die Pflanzennamen des Dioskurides", Hermes 33 [1898] p. 360; cfr. „Pamphilos", Hermes 51 [1916] p. 1; p. 58) omnia id genus glossaria ex Pamphilo Alexandrino fluxisse iam pridem demonstrauit; quam uaria et multiforma eorum traditio sit, nos nunc uidemus (cfr. Kurt Latte, „Glossographica", Philologus 50 [1925] p. 161). Semper aliud aliis additamentis auctum est. Fieri nequit ut singulorum eorum fontes indagemus, sed id nobis dicere licet quattuor nobis esse notas istorum Synonymorum species quae quamuis inter se coniunctissimae

tamen aliunde auctae et uariatae sint. De duobus glossariis iam antea scripsimus, de glossario Synonymorum Dioscuridis alphabetici et de eo, quod curis Pseudoapulei in Archetypo additum est. Sed duo alia quoque codices Apuleiani nobis praebent, unum quod in Archetypo classis β Synonymis ceteris adiectum est de quo in Apparatu critico tibi certiori fieri licet (uide e. gr. herbam 4), alterum quo scriba doctissimus ille archetypi codicum interpolatorum textum auxit. Quarum glossarum pars ex Dioscuride cum plantarum descriptionibus sumpta est, altera ex glossario quodam quod nomen Sorani medici in medio aeuo celeberrimi iactabat, ut ex herb. 110 l. 20 (cfr. 80 l. 35) pro certo confirmare possumus. Inuenies eas partim in Apparatu critico, partim cum ab textu Dioscurideo absolui sine illius periculo non poterant, in „Additamentis codicum interpolatorum“.

5. De herba Vettonica.

De herba Vettonica Antonii Musae non habemus quod dicamus. Confiteri coacti sumus nos nihil de eo scire nisi illum librum pseudepigraphum esse et multo post Antonium Musam, Octauiani Augusti medicum, scriptum esse. Sed quae sit necessitudo inter illius librum et Apulei herbarium, uter utro prior sit an uterque ab eodem auctore compositus sit, diudicare non audemus. Forsitan inter se Vettonica et herbarius differunt eo quod Vettonica certis ponderum et mensurarum numeris abundat qui in aliis herbis rari sunt; praeterea uerisimile est Pseudoapuleium Vettonicam, herbam inter omnes medico utilissimam, ideo omisisse, quia alius uel ipse in alio libro de ea iam antea egerat.

6. De Sexto Placito.

Sexti Placiti librum medicinae ex animalibus pecoribus et bestiis uel auibus nullis additamentis neque synonymis neque aliis auctum esse apparet praeter singula quaedam quae inuestigari non possunt. Ita genuinam illius formam restituere facilius esset quam in Apuleio fuerat, nisi textus classium α et β tam diuersus esset ut in unum contrahi non possit, quoniam cum codex Casinensis *Ca* qui erat in Apuleio optimus classis α in Placito apographon codicis classis β est, tum nullae classis γ lectiones hariolationes classis β manifestas reddunt. Ita unius Sexti loco duos Sextos lectori proponimus. Istarum duarum classium condicio ualde alia est ac in Apuleio, cum codices classis β, si eos cum testimoniis Plinianis conferas, saepius ueram uel incorruptam lectionem praebeant quam in Apuleio id fieri solebat. Sextus Placitus classis α multis corruptelis maculatus est et decurtationibus ut manifestum fiat archetypum eius classis α fine pessimam fortunam passum esse. Quin etiam dimidia tantum animalium pars in ea suppetit ut nonnullae bestiae et omnes aues totae ex classe β restituendae sint.

Eadem est necessitudo Sexti et Plinii quam Apulei et Plinii esse demonstrauimus. Sextam uel septimam quamque curam e Plinii libris medicinalibus fluxisse testimoniis lustratis nemo negabit; ut praeter Plinium alium fontem nomines fieri non poterit id quod in Pseudoapuleio quoque ita esse uidimus.

Medicinam Plinii neque Sextum adhibuisse neque ipsum ab eius auctore adhibitum esse uerisimile est. Pseudotheodorus etiam ex Sexto nonnullas curas in additamenta sua sumpsit.

Optimo iure Niedermannus (praef. ad Marcellum p. XXV) et Liechtenhan (l. c. p. 33) Sextum Placitum a Marcello et non Marcellum a Sexto pendere confirmabant. Exemplis quibus hanc rem ita esse demonstrabant alia addere opus non est. Ita fit ut Sextus Placitus aetati multo posteriori tribuatur quam Pseudoapuleius. Quae res remediorum genere tibi confirmatur, cum Sextianae curae hominis minime artis medicae periti et superstitionum pleni sint. Ideo nos non temerarios esse putamus dicentes Sextum Placitum quicumque fuit uirum omnis scientiae expertem stolidis deliberationibus conductum librum Apuleianum excolere et supplere uoluisse et in illo supplendo et bestiario addendo herbarium imitatum esse. Id quod in herbis per saecula iam factum est et ab omnibus qui huiusmodi libris utebantur gratis animis acceptum esse uerisimile est, herbarum imagines, eae in animalibus dignae sunt quae risum moueant, nam quis tauri uel leonis imagine indiget? Synonyma addere Sextus non potuit quia animalium Synonymorum glossaria ei non suppetebant: in uno taxone unum nomen adiecit. Sed cum in herbario unam quandam herbam (Vettonicam) ex aliis exemptam et ceteris praepositam esse uideret, idem facere ei placuit et in bestiario: praeposuit ceteris animalibus taxonem quem epistula dedicatoria ornauit aeque ac Vettonica epistula Antonii Musae praedita erat.

7. De condicione editionis. De plantarum imaginibus.

Quicumque unquam id genus scriptis per sescentas manus traditis et ob id deprauatis auctis decurtatis animum attendere debuit in iis aliam recensendi et edendi condicionem esse atque in scriptoribus classicis qui dicuntur non ignorat. In quibus id quod attinet ad minutias grammaticas et orthographicas, fieri nequit ut pro certo inuestigare possis qui erat auctoris ipsius usus si quidem ei per totum librum idem fuit. Quamobrem ne Apparatus criticus istis rebus confertus sit cauere officium esse editoris credidimus; quamcumque autem uariam lectionem orthographicam uiris doctis sermonis uulgaris curiosis aliquid noui afferre uidimus, praeter alia omnium codicum lectiones Synonymorum, ea omnia explanare non cessauimus. Ceterum Synonyma Graeca et Latina in ueram formam restituere conati sumus; quod ubicumque non potuimus crucem addere non dubitauimus. In nominibus barbaris re desperata in textum formam ab codice antiquissimo quo-

que praebitam recepimus, in Apparatu omnes codicum uarias lectiones et eam quae iam in textu erat exprompsimus. Sed et alia codicum menda stupiditati scribarum debita nonnumquam in lucem proferre supersedimus; praecipue ut supra iam dictum est fieri non potuit ut quaecumque in codice *Vr* compilata, correcta, suprascripta, erasa sint proponeremus.

Vbi primum a nobis perspectum est quae pristina herbarii forma fuerit, textum Apuleianum haud aliter quam imaginibus ornatum edere constituimus, quamquam alia est imaginum condicio, alia textus, nam nemo non uidebit hunc ad genuinam formam restitui posse, in illis id fieri non posse. Nam quo modo traditio textus in tres classes diuisa est, eodem etiam imaginum triplicem traditionem esse facile cognoscas. Quin etiam qua erat licentia libertateque scriba ille qui archetypum classis β scripsit, eadem permotus etiam is cui imagines depingere contigit eas exemplis adaequare dignatus non est, ita ut tantum classis α uel γ imagines pristinam formam reddant. Sed ne ex classis α codicibus imagines photographice depingendas curaremus, nos istorum codicum condicio impediuit, cum *L* lacunis scateat, *Ca* pro imaginibus adumbrationes earum tantum praebeat. Quam ob rem ad classem γ confugimus cuius codici *Vo* codex suo loco *C* succedit ita ut ex hisce duobus codicibus totam paene seriem imaginum eximere nobis liceat. Solum in herbis LXXV, XCIII—XCV nobis classis γ omnino deest; eius loco quattuor imagines codicis *Vi* classis β aliis inseruimus.

Praeterea a fine operis nostri imagines photographicae duarum Herbarum ex uariis omnium classium codicibus sumptae a nobis additae sunt, ut quae sit earum familiaritas quatenus a pristina forma et per saecula ipsa et per manus depingentium deprauatae sint, ipse cognoscas. Quod bestiarum imagines omisimus, nemo erit spero qui nos uituperet.

Si denique e nobis quaesiueris unde herbarum imagines Apuleius ipse habuerit, non est quod tibi pro certo respondeamus. Id tantum confirmare possumus Apuleium non ab herbis uiuis eas depingendas curauisse, sed ex aliis herbariis sumpsisse. Supra uidimus (uide p. XX) herbarios Apuleiani ut uidetur simillimos iam Plinii temporibus fuisse. Imaginum copia alia in alios riuulos dispersa est haud aliter quam supra Synonymorum copiam discissam hic et illic modo gemina forma modo corrupta apparere nouimus. Quamobrem Dioscuridis alphabetici imagines haud raro familiarissimae sunt imaginibus Apulei, crebriores autem dissimillimae.

Reliquum est ut gratias agamus Carolo Sudhoff uiro doctissimo qui nobis per tres annos potestatem fecerit imaginum photographicarum multorum codicum quae, dum Apulei editori usui essent, in bibliotheca Instituti medicohistorici uniuersitatis Lipsiensis exspectabant. Eduardus Schwyzer qua est erga collegas pietate nobis soller-

tissime in plagulis corrigendis subuenit. Summas denique grates agimus Instituto quod dicitur Stiftung für wissenschaftliche Forschung an der Universität Zürich; quod nisi nos bis auxilio argentario adiuuisset, neque editores neque bibliopola honestissimus hoc opus tam paucis gratum, quamuis ab his paucis diu desideratum in lucem proferre potuissent.

Dabamus Turici, Lipsiae Kalendis Iuliis anni MCMXXVII.

SIGLORVM EXPLANATIO

Codices classis α:

M	fragmenta Monacensia (Emeranensia) saec. VII in.
Hal	fragmenta Haluarastatensia saec. VII
Be	fragmentum Berolinense (Ms. lat. F 381, no. 1) saec. VIII
Ca	codex Casinensis 97 saec. IX
L	codex Lucensis 236 saec. IX
Ha	codex Harleianus 4986 saec. XII
V	codex Vindobonensis 187 saec. XII
Orib.	Oribasii de simplicibus libri V, Argent. 1533, apud J. Schott.
A	codex Anglosaxonicus (Cotton Vitt. C III) saec. XI in.

Codices classis β:

Hil	fragmentum Hildinense saec. VIII in.
Vr	codex Vratislauiensis bibl. uniu. III F 19 saec. IX
Va	codex Vaticanus Barberinus 160 saec. XI
Vi	codex Vindobonensis 93 saec. XIII
B	codex Bambergensis med. 8 (L III. 15) saec. XIII
Ber	codex Berolinensis Hamil. 307 saec. XV

Codices classis γ:

E	fragmentum Epporigiense saec. VII
Vo	codex Vossianus latinus Q 9 saec. VII
C	codex Casselanus phys. et hist. nat. fol. 10 saec. X

Fontium et testimoniorum editiones ad quas pertinent numeri nostri.

Pedanii Dioscuridis Anazarbei de materia medica libri quinque edidit Max Wellmann, Berolini 1907—1914

Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum siue Originum libri XX recensuit W. M. Lindsay. Oxonii 1911


Marcelli de medicamentis liber recensuit M. Niedermann. Lipsiae 1916

C. Plinii Secundi naturalis historia ed. a D. Detlefsen. Berolini 1866—1873

Plinii Secundi quae fertur medicina ed. a V. Rose. Lipsiae 1875

Additamenta ad Theodorum Priscianum ed. a V. Rose (Theodori Prisciani euporiston lib. III) Lipsiae 1894

CONSPECTVS OPERIS



○ codices manuscripti perditi
● " " seruati
■ editiones Ps.-Apulei
◆ " Sexti Placiti
Codicum stemma
Herbarius Ps.-Apulei genuinus
Herbarius synonymis aliis addit. auctus
Herb. Ps. Apul. (+de herbis femininis) + Sexti Placiti liber
Archetypus comm. cl. β et γ (Imprecationes)
Archetypus cl. α
Archetypus cl. β
Archetypus cl. γ
400
500
600
700
800
900
1000
1100
1200
1300
1400
1500
M
Hal
Be
Ca
A
L
Cod. interpol. ex Diosc.
Vr
He II
Nomina Germanica
Ha
V
Bodley 130
He I
Hil
Add. 8928
Hart. 5294
B
Laur. 7341
Vi
Laur. 7316
Taur. K IV 3
Harl. 1585
Sloan 1975
Ashm. 1462
Ashm. 1431
R. App. III
Paris. 6862
Va
Vo
E
C
Cod. Christ. reg. 846
Arsenal 1031
Lips. bibl. un. 1215
Lugd. Voss. E 13
Vat. lat. 6337
Ber. Ham. 307
Add. 17063
Add. 21115
Lignamine
Wechel
Lugd. bib. un. 1283
Torinus
Emericus
Humelberg
Stephanus
Rivinus
Fabricius

PSEVDO-MVSAE DE HERBA VETTONICA LIBER

ANTONII MVSAE DE HERBA VETTONICA LIBER

Antonius Musa M. Agrippae salutem.

Caesari Augusto, praestantissimo omnium mortalium, sed et iudicibus ipsius proximum esse auxilium quodque artis meae carissimum Caesaris iudicio. Quo praesens semper esse tecum possim, hunc commentarium artis meae ad te peruenire uolo munusculum. Ipse itaque † mereri ante † habebis, M. Agrippa, opus hoc, curae meae experimentum, ex omnium medicorum summorum disciplinis et ex usu ordinatum meo, uelut praesentem semper habens Musam tuum. Cum proposuerim mihi medicamina dicere, piaculi genus existimaui transire effectus herbae uettonicae, cuius salubritates habent corporibus † alias res †, ut conueniant in omnia. Tamen ante potestates eius dicenda sunt (neque enim remedia eius tantum aspici maius est), quod sine offensa stomachi prosit, non gustus asperos offerat et aegrotantibus remedia tormenta sint: Mediocri quadam lenitate parata nec dulcedinis fastidium nec acrimoniae offensam praestat; itaque potest effectus sanitatis eleganter, non ut aloe uel absintium, quorum non est tanti sentire auxilium, quam ut amaritudinem sentias. Vettonica tantum potest, ut eam laborantes non

α*: *L* *(a cura 23)* *Ha V ***β*: *Vr* *(lacuna a nominibus usque ad finem curae 1)* *Vi*** ***γ*: *Vo C* *(usque ad titulum curae 16)***

1 *titulum om. Ha V* Incipit epistola Antonini Musae siue de herba uettonica, quantas uirtutes habeat *Vr* Herbarium Antoni Musae, quem tradidit M. Agrippae Caesari expl. Incipit epistola Antoni Musae siue de herba uettonica, quantas uirtutes habeat *Vi* Incipit herbarium feliciter *γ* 2 *Quoniam classis α tantum codd. interpolati adsunt, fieri nequit, ut 'haec futilis et monachalis epistola' (Barth, Advers. 37, 23) sanetur* 3 seu et *Vr* se et *Vi* 4 ipsius scito te proximum *Ha V* esse *om. βγ* quoque *βγ* clarissimum *Ω* 5 Caesari *βγ* esse *om. γ* possim quod hunc *Ha V* possim quod per hunc *β* possim quo per hunc *γ* 7 a M. Agrippa *γ* 9 et ordinatum eo *Ha V* ex usu ordinatum me *Vr* exuo ordinatum me *Vi* ex suo ornatu(m) meo *γ* habere *Ha V* 10 proposuerit *βγ* 11 existimauit *βγ* 12 habet *βγ* 13 potestate(m) *γ* dicendae *Ha V β* remediis tantum *Ω* neque remediis tantum enim aspici *β* 14 est quam quod *Ha V* gustatus *β* 15 offerre aegrotantibus *Ha V* offert aegrotantibus *βγ* sunt *Ω* quidam *βγ* 16 fastidiis *γ* acrimonia(m) offensa(m) *Ω* 17 itaque prodesse *Vi* itaque prodest *Vrγ* sanitatem allegantes *Ha V* alligantes *β* sanitates alliganter *γ* aloen *Ω* absentium *β C* 18 tantis *γ* quam *om. Ω coniecit scriptor doctissimus cod. Add. 8928* 19 ead (ea ad) laborantes *γ* laborantes tantum *βγ* non tantum arte *Ha V (uerisimiliter ex coniectura)*

tantum sine labore sumant, sed etiam libenter. Odore est tam amabilis, ut ignorantem cogat suspicari herbam utilem corpori. Haec tantum potest effectus uettonica, ut etiam numero VII et XL morbos remediet, licet fieri potest, ut omnibus uitiis prodesse possit. Maxime mulierum ad salutem est. Proponendum putaui qualibus salubritatibus † . . . in subiectis exsequar. Hanc et pauci nouerunt medici, et si qui adfines sunt, non totis perspexerunt uiribus. Sciunt fortasse utilem, sed quibus modis ignorant; quod proinde est ac si organa idraulica habeant, quibus uti nesciant. Haec proloqui non esse necessarium putaui, tantum profectus herbae uettonicae noscerentur. Hanc autem suo tempore colliges, id est mense Augusto, cum ceterae herbae maturescere incipiunt, cum semine et radicibus, sine ferro, eamque excussam, ne terra ei inhaereat, in umbra arefacies atque ita teres cum radicibus suis cribro aromatico; mollissime in puluerem redacta cum uolueris uti, sic uteris.

1. Ad capitis fracturam.

Herba uettonica contusa et super capitis ictum inposita uulnus mira celeritate glutinatum sanabit; eo quidem efficacius, si tertio quoque die refectam, id est recentiorem, frequentius inposueris, donec sanet. Eius potestas tantam habere fertur utilitatem, ut ossa quoque fracta ui sua extrahat.

2. Ad oculorum uitia uel dolores.

Vettonicae herbae radices ex aqua ad tertias coquito, et ex ea aqua oculos foueto; ipsius autem folia trita supra frontem et in oculos inponito.

30 Marc. XX 106 35 Versio Graeca in codicibus quibusdam Dioscuridis (Wellmann II 170, Ann.)

20 sine labore *om.* Ω *coniecit Add. 8928* etiam parum libenter γ odore est *om.* βγ 21 uelut ignorantem βγ suscitari γ 22 eius tantum potest effectus ut β 23 remediat Ω licet ergo fieri possit β uitiis omnibus prosit β 24 maxime tamen ad sanandas mulieres apta est β maxime mulierum ad sanandum est γ proponendum ergo putaui quibus β qualis salubritas γ 25 salubritatibus quae subiectae sunt prosit β exequari *HaV* et sequar γ hanc autem herbam uettonicam et pauci β 26 medici et si qui sciunt non ad intimum perspexerunt quibus utilem uiribus nouerint quod prodest ad organa ydraulica quibus uti nesciunt β et si quis adfines sunt non toti perspexerunt non uiribus γ 27 est apud organa γ 28 sed haec diutius proloqui necessarium non putaui β non est necessarium γ 29 putaui ut solus effectus herbae uettonicae β putaui ut γ noscerentur *HaV* 31 incipient *HaV* 32 ne terrae inhaereat βγ et in umbra Ω *corr. Add. 8928* 33 teris β 34 redacto βγ 36 super caput ictu percussum β super capite ictu *Vo* super capite *C* 37 conglutinatum sanauit *Vo* sanabitur *C* eo quoque *HaV* eoque melius facis efficacius β quidem in die frequentius recentiorem inposueris *C* 38 recentiorem inponas β 39 sanescat *HaV* fertur habere β*Vo* ualetudinem *Vo* uirtutem *C* 40 ui sua extrahat fracta β 41 Ad dolores oculorum *Ha* Ad oculos *V* 42 herbae uettonicae radices β decoques *Vr* decoque *Vi* 43 foues *Vr* ipsa autem eius folia *HaV* supra frontem inponito et in oculis *C* in oculis inponis (et) miram rem senties β



Cod. Cotton. Vitt. C. III (cl. α)



Cod. Add. 17063 (cl. α)



Cod. Harleian. 1585 (cl. β)




Cod. Sloan. 1975 (cl. β)



Cod. Parisin. lat. 6862 (cl. β)



Cod. Vindob. lat. 93 (cl. β)



Cod. Harleian. 5294 (cl. β)

HERBA VETTONICA

(Imaginem cl. γ uide pag. 5)



3. Ad aurium uitia uel dolores.

Herbae uettonicae recentis folia uel per se aut in aqua madefacta perterito sucumque eorum excipito, deinde adiecta rosa liquida tepefacito et in aure stillato lanaque spissato, mire proficere creditur.

4. Ad caliginem oculorum.

Vettonicae dragmam I, aquae calidae ciatos IV, ieiunus bibat, deducit ad inferiorem partem eum sanguinem, qui caliginem oculorum facit.

5. Ad lacrimosos oculos.

Vettonicam manducet, aciem oculorum clariorem facit.

6. Ad sanguinem de naribus nimium profluentem.

Herba uettonica contrita, paululum salis adicito, digitis duobus,

45 Marc. IX 75 53 Marc. VIII 82 55 Marc. X 57

45 Ad dolores aurium *Ha* 46 uettonicae *om. γ id genus uariationes abinde non indicabuntur* 47 sucumque eius *βC* excipies deinde adiecto (oleo *Vr*) roseo *β* oleo roseo *C conf. Marc.*: adiecto rosae succo aut rosaceo oleo 48 stillabis lanamque superinponis *β* lanaque superinponito *γ* mirifice proficiet *Vr* dolorem aurium uelociter tollit *Vi* mire proficit *Vo* 50 bibat, omnem caliginem et inferiorem partem, qui (quae) caliginem oculorum facit, extenuat *β* 54 uettonicam comedit (comede) et aciem *β* 56 salis adiecto *β* duobus et pollice medio *Ha V*

pollice et medio, quantum tolli potest sublata, rotundulam facis et naribus inseris.

7. Ad dentium uitia.

Herba uettonica ex uino ueteri aut aceto ad tertias decocta, gargariza, dolorem dentium discutiet.

8. Ad uomitus et suspiriosos et toracis dolorem.

Herbae uettonicae dragma I S ex aqua tepida ciatis II, bibendum si dederis; idem suspiriosis prodesse creditur.

9. Ad tisicos et qui purulentum eiciunt.

Vettonicae herbae dragmas III dato cum melle cocleario et gluttiat ieiunus.

10. Ad stomachi dolorem.

Vettonicae dragmas III dato manducare per triduo uel in aqua frigida ciatis IV, bibat.

11. Ad iocineris dolorem.

Vettonicae dragmas III, aquae calidae ciatos IV, da ut bibat per triduo.

12. Ad lienosos id est spleneticos.

Vettonica herba ex uino decocta et potui data lienosis prodesse experti adfirmant.

13. Ad renum dolorem.

Vettonicae dragmas II ex mulso ciatis II, dum biberit, sanus erit.

14. Ad lateris dolorem.

Vettonicae dragmas III ex uino ueteri ciatis III et piperis grana XXVII, contritum et calefactum ieiunus bibat.

65 Ps.-Theod. p. 317, 25 71 Marc. XXIII 57

57 tolli potuerit, sublatam formatam rotundulam si naribus inserueris *HaV* potest, nares obturet β rotundulam facis faciem et *C* 58 inseris, statim restringit sanguinem *Vr* inseris, continuo sanguinem sistit *Vi* 60 uel aceto β decoque βγ decoque et in ore teneat (detine *Vr*), dolorem discutit β gargarizet *Vo* gargariza, mire sanat et dentium *C* 62 uomitum *Vr* 63 una et sumptis ex aqua *HaV* ciatis quinque β 64 dederis, miraberis effectum bonum β prodesse scias γ 65 tussicos *Ha* ptisicos et uitium pulmonis et qui *V* tisicos *Vr* phisicos *Vi* tyssicus γ uel qui purulentum reiciunt β reiciunt cum sanguine *Vr* et cibi purulentum eiciendum *C* 66 dragmas IIII γ tres dabis, cum mellis coclearium ieiunus edat *Vi* tres in puluerem redactas cum mellis cocleario da ut ieiunus edat *Vr* cocleario *om.* *HaVVo* cocleario I *C* 67 ieiunus gluttiat *Vo* ieiunus autcipiat aut mibat mire facit *C* 68 Ad idem *Ha* Aliter *V* 69 triduum *HaV* aut aqua *C* et aquae frigidae *Vo* 70 ciatos IV da ut bibat β 71 Ad idem id est iecoris uel iocineris dolorem *HaV* 72 dragmas IV *HaV* ciatos IV bibat γ per triduo *om.* *Vr* 73 triduum *HaV* 75 prodesse scias βγ 77 Ad renes *Ha* 78 et mulsa ciatos II dum bibent *Vi* bibentem sanabit *HaV* 80 cum uino *Vr*γ ciatos Ω 81 contrita et calefacta *HaV* da ut ieiunus *Vr*

15. Ad lumborum dolorem.

Vettonicae dragmas III ex uino Amineo ciatis III, piperis grana XVII, contritum et calefactum bibat.

16. Ad uentris dolorem.

Herbae uettonicae dragma I in aqua calida ciatis II, bibendum da. His autem dumtaxat haec apta erit conpositio, quorum non ex cruditate intestina torquentur.

17. Ad alueum concitandum.

Vettonicae dragmas IV, idromelitos ciatos IX, bibendum dato, uentrem mox mouet.

18. Ad colum.

Vettonica cum uino austeri aeque proficit.

19. Ad tussim.

Herbae uettonicae uncias II cum melle accipiat per dies IX.

20. Ad cotidianas.

Herbae uettonicae dragmas II, arnoglossae dragmam I ex aqua calida ciatis IV dato, bibat sub accessione.

21. Ad tertianas.

Vettonicae et pulei dragmas singulas, aquae calidae ciatos X, sub ipsa accessione dato, bibat, sanabitur.

22. Ad quartanas.

Herbae uettonicae dragmas III, mellis Attici unciam I, aquae calidae ciatos III, in unum miscebis et ante accessionem dato, bibat, mire sanabitur.

85 Marc. XXVIII 64   89 Plin. XXVI 54; Marc. XXX 67
92 Plin. XXVI 44

83 ciatos *Ω*   84 contrita et calefacta *Ha V*   bibat et sanatur *Vo*   bibat et sanabitur *C*   86 dragma aquae calidae *β*   ciatos *Ω*   87 dato *Vrγ*   dabis *Vi*   88 torquebuntur *Ha V*   90 ciatos *omisisse uidentur Ω, inseruit β ex coniectura*   IX dies *Ha V*   *conf. Plin. XXVI 54; Marc XXX 67 (in utroque* cyathis IX)   dabis *β*   91 praesentaneum mouet *Ha V*   92 Ad anis colum *Ha V*   93 austeri ebulliat (bulliat) et accepta quantum merus continent aeque proficiet *β*   austero dato *γ*   95 melle Attico *γ*   per dies IX ita ut puluer et mel igni (leni) coquantur *β*   97 arnoglossi *γ*   in aqua *γ*   98 ciatos *βγ*   da ut bibat *Vr*   dabis ut bibat *Vi*   100 puleium *γ*   101 dabis ut bibat, liberabitur *Vr*   dabis bibere *Vi*   sanatur *γ*   104 miscebis ante *γ*   dabis ut bibat *Vr*   dabis quartanario bibere, sine difficultate sanabitur *Vi*

23. Ad uesicae dolorem.

Vettonicae dragmas IV, apii radices dragmas III; decoque apii radices in sextario aquae ad medias; cum decoctum fuerit, uettonicam in se permiscebis, dabis bibere, dolorem in perpetuo sanat.

24. Ad cauculosos.

Vettonicae dragmas III ex aceto scillitico et mellis unciam I et aquae calidae ciatos IX, bibat.

25. Ad idropicos.

Vettonicae dragmam I ex aqua calida ciato I, da, triduo bibat.

26. Ad mulieres, quae a partu laborant et febricitant.

Vettonicae dragmas II, aquae calidae ciatos IV; si sine febre fuerit, ex mulso ciatis II dabis bibere.

27 Ad paralisin.

Vettonica trita et inposita neruos etiam praecisos glutinare et persanare creditur.

28. Ad horrores.

Vettonicae dragmas II, aquae calidae ciatos II, ex uino austeri ciatis II sub accessione dato bibere.

29. Ad mulieres locosas, quibus loca frigore uexantur.

Vettonicae dragmas III ex aqua calida ciatis III ieiunae da, bibat per triduo.

30. Ad sanguinem qui per os eiciunt et purulentum.

Vettonicae dragmas III et lactis recentis caprini ciatos III, bibat triduo continenti.

31. Ne ebrius fiat.

Vettonicam prius sumat.

118 Marc. XXXV 16

107 apii radices III decoque in aquae sextario (in aqua *Vi*) ad medias et cum *β* appi *γ* scripulos decoque *HaV* 109 et dabis *β* dolorem *om. γ* in perpetuum *HaV* sanabit *HaVβ* 111 excellenti *HaV* sciliente *β* 112 da ut bibat *Vr* dabis bibere, cauculosos deficat *Vi* 113 *totam curam om. βγ* 114 bibere *HaV* 115 qui ad partum *L* quae in partu *HaV* quas a partu *β* qui a partu *γ et in tit. morb.* 116 si absque febricula fuerit *β* 117 da *γ* 118 paralysen *γ* 119 tritam inpositam *γ* 120 persanare dicimus *β* 122 et uini austeri quiatos *γ* 123 ciatos VI(?) *L* dabis bibere *β* dabis bibere, miraueris *γ* bibere, sanabitur *Vi* 124 a frigore moriuntur *βγ* 125 et aquae calidae quiatos *γ* dabis bibere *β*

126 per triduum *γ* 127 reiciunt *βγ* purulente *L* purulentum excreant *β*

128 Vettonicae dragmas tres et uini ueteris (ex uino ueteri *γ*) cyatos II, calefactum da (ut *β*) bibat triduo continenti (per triduo, statim sanabitur *β*) *βγ*

130 Ebrius ne fias *L* Ne ebrius fias *HaV* 131 prius comedat ante comestionem *Vr* ex uino prius accipiat *Vi* 132 Ad euersis *Vr* Ad euersos

32. Euersis de uehiculo.

Vettonicae dragmas III ex uino ueteri ciatos II, calefactum bibat.

33. Ictericis id est morbo regio qui sunt auriginosi.

Herbam uettonicam ex uino ciatis III frequenter sumptam proficere experti sumus.

34. Ad carbunculum.

Vettonicae dragmam I, aquae calidae ciatos II, bibat. Idem: Vettonicam cum axungia tritam plagae inponat.

35. Qui perfricationibus laborant.

Vettonicae unciam I ex uino ciatis III, bibat per triduo.

36. Lassis de uia.

Vettonicae dragmam I ex oximelli ciatis III, potui dato.

37. Cibi fastidiosis ex aegritudine.

Vettonicae dragmas II ex aqua mulsa ciatis III bibat.

38. Ut facile concoquat.

Vettonicae dragmas III, mellis unciam I, coquito mel, donec indurescat, ex aqua calida ciatis II bibat.

39. Ad eos, qui cibum continere non possunt et reiciunt.

Vettonicae dragmas IV, mellis decocti unciam I, pastillos ex eo facito IV, ex his pastillum I gluttiat et aquae calidae ciatos II bibat.

40. Ad ueretri tumorem uel dolorem.

Vettonica ex uino trita tumores foueto ipsamque tritam opponito, potenter facit.

41. Ad uenenum qui sumpserit.

Vettonicae dragmas III ex uino ciatis IV, statim dato, bibat, reiciet uenenum.

149 Marc. XX 73

HaVVi 133 ciatos VI(?) incaldafacta *L* da ut bibat *Vr* . dabis bibere, sanabit *Vi* bibat, miraueris *γ* 134 Istericis *L* Ad ictericis *Haβ* Ad auriginosos *γ* 137 carbunculos *βγ* 139 inponat, sanabitur *Vr* inponis, mirabiliter sanat *Vi* 141 et uini ciatos III *β* per triduum bibat, sanabitur (uelociter) *β* per triduum *γ* 143 et oxymelli ciatos tres potui dabis *β* 144 cibis *Ω* 145 bibat, fastidium aufert *L* bibat *HaV* da ut bibat *Vr* dabis ut bibat, fastidium abigit *Vi* da, bibat, sanatur *γ* 146 Ut facile uentrem aperiat *L* 147 indurescat et cum aqua calida ciatos II da (dabis) ut bibat (sanis proficit *Vi*) *β* 149 et reiciunt *om. β* 150 pastillos III in magnitudinem auellanae ex eo facies et ex eis (illis pastillis) unum comedat, manducet per diem usque in triduo *β* *conf. Marc. XX 73:* pastillos nucis auellanae magnitudine 151 ex quibus *γ* cyatos III *L* 153 ipsam tritam opponis, potenter sanat (curabitur) *β* 156 in uino *L* ex uini ciatis *HaVβ* in uini quiatos *γ* ciatis IV in unum contere et dum biberit *Vr* dabis (da) ut bibat *β* statim dato, dum uiberit, reiciet *γ*

42. Ad serpentium morsus.

Vettonicae dragmas III, in uini eminis III dilutum, potui datum, omnium serpentium morsus sanat.

43. Idem ad serpentium morsus.

Vettonicae dragmas VI, uini nigri ciatos III, tritum inlinito super uulnus.

44. Ad canis rabidi morsum.

Vettonica contusa morsui inponitur.

45. Ad fistulas.

Vettonica contrita, turundulas facito et paululum salis inserito, obligat et expurgat.

46. Ad lumborum et coxarum dolorem.

Vettonicae dragmas II, ex mulso potui datum, febricitanti ex aqua calida, lumborum dolores sanare creditur.

47. Ad podagram.

Vettonica decocta ad tertias, aqua potui data, ipsamque tritam et inpositam mire dolorem lenire experti adfirmant.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur prionitis, alii cestron, alii †cirone, alii †adanton, alii Indicem, alii †cosmicem, alii psicrotrofos, alii Tias riza, alii terofonion(?), alii teriofonon(?), alii †pandonia, alii sideritis, alii diprionion(?), profetae hiera corine(?), Galli uettonicam, Itali serratulam uel uettonicam, cuius uirtutes infra scriptae sunt.

169 Ps.-Theod. p. 291, 23 172 Marc. XXXVI 8

159 delotum *β* dato *γ* 162 uino nigro ciatis III *L* uini nigri ciatis tribus *β* trito inlito super uulnus, sanatur *γ* 163 uulnus, miraberis bonum effectum *Vr* uulnus, perfecte medetur *Vi* 164 Ad canes rabidi morsus *L* 165 Herba uettonica, contusam ipsam solam morsui canis rabidi inponis, mire sanat *Vi* morsui superinponis, mire sanat *Vr* 167 parum salis inmiscito *L* 169 coxarumque *L* 170 febricitanti autem *β* 171 dolorem *βγ* 173 usque ad tertias et aqua potui data *β* ipsa trita *L* 176 brionites *L* prioniten *HaV* prionitis *om. βγ* *conf. Alex. Trall. II 465, 489 πριονῖτις* cestros *Lβγ* cestron *HaV* *Diosc. II 167,7 κέστρον* cyroene *L* pyrine *HaV* cirone *β* cyrone *γ* adanton *om. β* adianton *coniec. HaV conf. Diosc. II 278, 6* 177 Tusci indicem *β* psicotrophos *L* psychotrofos *HaV* Spani psichotrofos *β* psycotrofos *γ* *ψυχρότροφον Diosc. II 167, 7* thiariza *β* perofonon *L* Siri perponion *β* pherophorion *γ* *conf. CGL III 573, 48* peropion, *III 578, 15* theripo 178 phandonia *LVo* siderites *αγ* sideritis *om. β* diprionion *om. β* dyprinion *αγ* thymbrinion *coni. Koebert p. 40* 179 hieracarine *αγ* hieraca *β* Romani uettonicam uocant, Galli uettonicam, Itali serratulam uocant *β* 180 quae eius uirtutes supra scriptae sunt *L* cuius uirtutes fra scriptae sunt *Vo* (fra *posterius in* prae *mutatum est, in C legi non potest*)

Haec herba uettonica nascitur in pratis et in montibus, locis mundis et opacis circa frutices; animas hominum et corpora custodit, nocturnas ambulationes et loca sancta et busta, etiam uisus timendos et omnes res sanctas. Legis eam sic:

Praecatio huius.

Herba uettonica, quae prima inuenta es ab Aesculapio uel a Cirone centauro, his precibus adesto! Te peto, magna herbarum, per hunc qui te iussit creari et remediis plurimis adesse, his numero quadraginta septem adesse digneris!

Hoc incantas, sed mundus ante solis ortum, et sic colligis mense Augusto.

Interpolationes ex Diosc. II 167, 7sqq.

Cestron vocatur, etiam psychotrofon, siquidem frigidis reperitur in locis, radicibus tenuibus, tyrso tenui, ultra cubitum, quadrangulo, foliis quercui similibus, boni odoris, semine in summitate spicato.

181 Versio Graeca in Diosc. II 170, Ann.

183 uisos *γ* 184 omni res sanctam *L* omni rei sancta *β* omnia rei sancta *Vo* et omn rei loca sancta *C* *conf. uersionem Graecam in Diosc. II 170, Ann.: εἰς πᾶσαν ἴασίν ἐστιν εὐλογημένη* *post* sanctas *reliqua om. α fortasse interpolatio codd. class. βγ* legis eam sine ferro etc. C *ex Epistola Musae (conf. supra l. 30), omissa praecatione* 185 praecatio eiusdem herbae *β* huius. Herbam uettonicam his praecationibus incantas: Herba *Vo* 186 inuenta est Ascolapio his precibus *β* 187 te *om. β* herbarum omnium *Vi* 188 numeris *Ω* 190 ortum, legis eam mense Augusto *β*

PSEVDO-APVLEI PLATONICI HERBARIVS

HERBARIVS APVLEI PLATONICI

quem accepit a Cirone centauro, magistro Achillis, et ab Aesculapio.

Apuleius Platonicus ad ciues suos.

Ex pluribus paucas uires herbarum et curationes corporis ad fidem ueritatis monumentis publicis tradidi ob stupiditatem uerbosam professionis, quod dicimus esse medicorum uenditationes potius quam curas, etiam hos homines inertia plerumque et inperitia enixos certe lucripetas uero nuncupari, qui etiam a mortuis mercedem expetunt. Quid agunt? Nihil; exspectant enim occasionem et faciunt reditus, dum tempus curationum extrahant, puto, quia saeuiores ipsis morbis existunt. Proponamus ergo titulos morborum, quos nunc uel maxime tempus conduci, ut ciuibus meis, sociis quidem et peregrinis, quibus uexatio acciderit aliqua corporalis, nostra litterata scientia inuitis etiam medicis profuisse uideatur.

10 Med. Plin. p 7, l. 11

1—15 *α*: ***L*** *(tantum titulus)* ***Ha V*** *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***Vo***

1 Alium Apulei Platonici, quem accepit a Chirone centauro et ab Aescolaphio *L* Incipit liber Apulei Platonici de medicaminibus herbarum *Ha* Incipit liber Apulei Platonis de herbis *V* Vires herbarum et herbas, incipiamus alium herbarium Apulei Platonis *Vr Vi* Incipit herbarius Apulei Platonis de herba plantaginis epistola eiusdem *B* Explicit herbarium Antoninus Musae de herba uettonica, incipit herbarium Apulei Platonici traditum a Chirone centauro magistro Achillis *γ* 4 Apuleius Platonicus Madaurensis ciuibus suis salutem *Ha V* 6 tradidisti *Ha* tradidi *V* traditis *βγ* et stupiditatem *Vr* ut stupiditatem *Vi* uerborum *β* ut stupiditate uerosa *γ* professionis dicimus *β* 7 quid dicemus quod *Ha V* quod dicimus quod medicorum uenditationis *γ* esse *om.* *Ω* uenditationis *β* 8 etiam homines *Ha V* inertiae plerumque et inperitiae *Vr* inertiam *γ* nexus *βγ* 9 lucripetas ueros *Ha* lucripes ueras *V* lucripetans uiros *βγ* 10 expetunt per occasionem et faciunt *Ha V* expetunt ut agant nihil *β* expetunt quid agant nihil *γ* 11 extrahunt *Ha V* seuerioribus *γ* 12 sunt exuti *Ha* sunt uti *V* sint exitum *βγ* *conf. Med. Plin. p. 7, l. 12*: saeuioresque ipsis morbis existerent, *corr. Torinus* quos uel nunc *Ω* 13 conducit *Ω* conduci *Barth, Advers. 37, 23* ut quibus meis sociis *Ha V* et ciuibus *βγ*

⟨TITVLI MORBORVM.⟩

Ad capitis fracturam XLVI
Ad capitis dolorem I, II, III, LXXIV, LXXXIV, LXXXVI, XC, XCIX, C, CXVIII, CXXII
Ad caput deplendum XVII, XX
Ad caput ne a sole concallescat XCIII, XCIX
Ad capitis uitia item et porrigines, ulcera furfuresque XX, CXXI
Ad oculorum albugines LXXX
Ad oculorum uitia uel dolores XVIII, XXIII, XXXI, XXXV
Ad oculorum epiforas LIII, LXXVIII, LXXXIII, LXXXVII, XC, ⟨CXVIII⟩, CXIX
Ad oculorum caliginem XXX, LXXIII, LXXIV, XC, CXVI
Ad oculorum aciem XC
Ad oculorum lippitudines XV
Ad oculos si pili obstant CXIII
Ad emigranei dolorem LIII
Ad aurium dolorem IV, XVIII, LXXV, LXXXVIII, XCI
Ad aurium inutilitatem et qui minus audiunt XCVII, XCIX
Ad si in aurem aqua introierit LXXXIII
Ad uitia, quae in ore nascuntur I, II, XXIX
Ad uuae remedium LXXXVIII
Ad dentium dolorem IV, ⟨LXXIV⟩, LXXV, LXXX, LXXXV, LXXXIX
Ad nares male olentes XCIX
Ad oscidinem XXIX
Ad uulnus si secus oculum natum fuerit aut secus nares I
Ad dentium dolorem et si mobiles fuerint XXIX, XCVI
Ad gingiuarum et labrorum remedia LXXXVIII
Ad faucium dolorem LXIX
Ad sanguinem per os qui reiciunt uiri uel mulieres XVIII, ⟨XXXIX⟩
Ad strumas discutiendas XX, XLIII
Ad ulcera et parotidas I, III, LXXIV
Ad furunculos sanandos XX
Ad sanguinem de naribus profluentem II, ⟨LXXV⟩, XC
Ad canceromata, quae in naribus nascuntur XIX
Ad eos, qui obduratas uenas habent et cibos non percipiunt III

16—220 *α*: *L (usque ad lin. 35)* *β*: *Vo E (ab lin. 156)*

Numeri curarum tacite emendantur et adduntur. A fine adiecimus XVIII titulos curarum, qui desiderantur.

18 dolorem et epiforas oculorum *Vo* 20 depellendum *Vo* depeliendum *L* 21 conualescat *L* ad solem ne caput concallescat *Vo* 22 id est porrigines *L* idem et purriginis *Vo* 24 et dolores *L* 30 si pilos obstauerit *L* oculi si plus obtumuerit *Vo* *u. herb. CXIII, cur. 2* 31 emicrani *Vo* 34 ad auribus aqua si *L* aquam *Vo* 41 mouilis fuerit *Vo* 42 gigibarum *Vo* 46 pariotidas *Vo* 50 opturatas *Vo*

Ad stomachi infirmitatem CX
Ad stomachi dolorem XII, XLV, LXXVI, XC, XCIII, CV
Ad stomachi languorem LIX
Ad stomachi inflationem aut intestinorum XCIII
Ad suspiriosos et colicos XXXVII
Ad carbunculos LXXXVI, XC
Ad dolorem interiorem I, LXXX
Ad uentris dolorem I, II, XXXI, XCIII
Ad interaneorum dolorem X, LXXX, CIX
Ad iocinerum dolorem uel pulmonum IV
Ad eparis dolorem III, XXV, XXXII, XXXIV, LXXX, CXVI
Ad splenis dolorem XVII, ⟨XXIX⟩, XXXI, ⟨XXXIV⟩, XXXVII, LVI, LXVII, LXXVIII, ⟨LXXIX⟩, XCII, XCIII, ⟨XCIX⟩.
Ad spasmum XXXIII, LXXXVIII, XCII, XCIII
Ad lateris dolorem XVIII, XL
Ad uentrem stringendum I, LII
Ad cordis uel pectoris dolorem XCIII
Ad uentrem soluendum XVII, XXVII, XXIX, LXI, LXXXIII, LXXXIV, CXII.
Si mulier obticuerit XCIII.
Ad disentericos I, XVIII, XXXIX, ⟨LII⟩, LXVIII
Ad ea, quae secanda sunt XXXI
Ad crudidatem XX
Ad idropicos XXV, XLII, XCII, CXX
Ad uenenum si quis sumpserit XXV, XXXV, XLV, XLIX, LXII, LXVI
Ad pectinem mulierum IV, XXXVI
Ad uesicae dolorem uel si quis urinam facere non potest VI, LXXIX, ⟨CXVI⟩
Ad panniculam, quae in inguine nascitur XIII, XL
Ad mamillarum dolorem mulierum, quae lactem habent et multum tument XVIII, ⟨CXV⟩
Ad ulcera cironia et ranatum VIII, XXII
Ad ulcera et uulnera et canceromata XXXI, XXXIV
Ad uulnera omnia I, III, XXVI, ⟨XXXIV⟩, XXXVI, ⟨XL⟩, LXII, ⟨LXXVII⟩, LXXX, LXXXVIII, ⟨LXXXIX⟩
Ad ulcera difficilia aut cicatrices XV, XCIX
Ad lichenas qui et leprosi CIX
Ad conuulsos XXIV
Ad cancrum exsiccandum II
Ad si qua duritia in corpore I, XXXIII, ⟨XLV⟩

66 stringendam *Vo* 72 quae secundarum *Vo* 76 mulierum dolores *Vo* 77 uesices *Vo* 79 pannicula *Vo* ingue *Vo* 80 lactem non habent *Vo* 83 cancromata *Vo* 87 ligenas *Vo* lebrosi *Vo* 88 conuulsus *Vo* 89 excecandum *Vo*

Ad conbustum II, XXXVI, LXXIV, C
Ad auriginosos III, XXXV, LXXIV, LXXXVI
Ad cicatrices nigras IX
Ad suggilationes aut liuores XXXIV
Ad si quis ad mulierem non potuerit XV
Ad eas res, quae in corpore nascuntur XXVIII
Ad paralisin XXIX
Ad anguem quod Graeci sinance uocant XXIX
Ad strofi dolorem XXVI
Ad plagatum ferro uel sude XXXI, LXII, LXXVI
Ad collectionem si qua in corpore fuerit XXXVIII
Ad apostimam CXXIV
Ad omnes encantismas XXXVIII
Ad uesicae dolorem et stranguiriam I, VI, XI, XL, LXXIX, LXXXV, LXXXIX, XCIII, <XCVI, CVI, CVII, CXXV>
Ad lateris dolorem CXXIX
Ad neruorum dolorem aut si spasmum habuerint ex aegritudine XII, XLV
Ad neruorum dolorem uel tumorem XI, XL, LXXVI, CXXVIII
Ad suppurationes in corpore XLI
Ad tertianas uel quartanas I, XLI, LXXX, XCIII, XCVII
Ad emitriteum CXXIV
Ad tussem XLV, LIV, <LIX>, LXXX, CXXIII, CXXV
Ad praecordiorum dolorem CXVI
Ad scabiem et impetigines XLV
Ad condolomatas et duritias in corpore XLV, LXXXVIII, CI
Ad pulmonum extensionem XLV
Ad fistulas in corpore I, <XIX, XLVI, CIX>
Ad canos mulierum tinguendos XLVII
Ad luxum XXXI, <XLIX>, CVIII
Ad canis rabidi morsum I, III, <XXXVI, XC>
Ad canis non rabidi morsus <XLIV>
Ad sciaticos L, LXV
Ad coli dolorem LI, <LXXIX>
Ad stranguiriam LIV
Ad uulnera, quae ab se nascuntur et flegmata intercidenda LV, <LVIII>
Ad conuulsos uel ab intus ruptum LIX
Ad profluuium mulieris LIX, LXXXVIII, XC, <CXXVII>
Ad lunaticos IX, LVII, LXV
Ad caducos LX
Ad cardiacos LXXXVIII, XC
Ad neruorum dolorem ex aegritudine LXXI

94 libores *Vo*   95 potuerit adfe . . . (?) *Vo*   96 quas *Vo*   103 encantesmas *Vo*   108 uel tremorem *Vo*   109 suspirationes *Vo*   126 conuulsus *Vo*   129 caducus *Vo*

Ad si mulier in utero pecus mortuum habuerit LXII, ⟨XCIII⟩, CXVI, CXXII
Ad somnum LIII
Ad cotidianas uel tertianas LXXI
Ad ignem sacrum LXXV, ⟨LXXXVI, XC, CXXI⟩
Ad tumorem omnem corporis LXXV, ⟨LXXXIX, CXXIX⟩
Ad si qua parte inferiore laborat LXXV
Ad frigora cotidiana, tertiana uel quartana CIII
Ad uulnera quamuis uetustissima LXXVI
Ad lumborum uel coxarum dolorem LXXVI
Ad renum dolorem LXXXV
Ad dolorem femorum uel surae LXXVII
Ad languidos LXXX
Ad freneticos XCV
Ad mulieres, quae a partu laborant et non purgantur LXXXI
Mulier ut cito pariat CIII
Ad pruriginem LXXX
Ad purgationem mulieris LXXXI, XCIII
Ad secundarum dolorem I, XCIII
Ad menstrua prouocanda LXXXIII
Ad emorroidas restringendas LXXXVIII
Ad inflationes XC
[Ad sanguinem nimis profluentem CIV]
Ad inguinum dolorem IV, XC
Ad intestinorum dolorem ⟨XXXVI, XXXVIII⟩, XCIII
Ad ueretri dolorem CXXII
Ad ueretri pruriginem XCIII, CII
Ad cauculi dolorem III, XCII, XCVIII, XCIX
Ad pruriginem circa anum CII
Ad infans si tristatus fuerit XIX
Ad lumbricos I, ⟨XXXV⟩, XLV, LXIV, ⟨XCVI⟩, CI, ⟨CIII⟩, CXI
Ad in naue ne nausies XCIII
Ad ne apes examinent VI
Ad ancin remedia II
Ad liuores tollendos CI
Ad sciadicos uel coxarum dolorem XCIII
Ad inguinis uel intertriginis molestias CI
Ad eos, qui purulentum excreant cum sanguine I
Ad ossa fracta de corpore ducenda XIV, CIV

136 ignemacrum *Vo* 144 languidus *Vo* 149 pluriginem *Vo* 154 sanguen nimia *Vo* *uide infra l. 207* 161 Si infas contristatus fuerit *E* 163 Ad naue *E* 164 ne apes ne *Vo* 165 agine *Vo* anguine *E* *conf. herb. II, cur. 6* 168 inguen *E* inguinem *Vo* intertriginis dolorem *Vo* intertrigene molles *E* 170 fracta educere de corpore *Vo*

Ad periculum a fungis CI
Ad serpentium morsum I, II, III, XVI, XXXI, LXIII, LXX, ⟨LXXI⟩, XCIV, XCVII, CXXI
Ad hominum et serpentium morsum XIX, LXXXVIII
Ad aspidis morsum XIV
Ad serpentes effugandos XCV
Ad serpentium morsus quid plagae inponas III, CVIII
Ad morsus araneorum, quos Graeci spalangiones uocant III
Ad uitia articulorum uel si percussa fuerint II
Ad spalangiones quos uocant XCIX
Ad scorpionis morsus I, LXIII, CXVI
Ad coxarum dolorem XI
Ad pedes si de itinere tumuerint I
Ad pedum dolorem IV, X, XI, XXIV, XXXVIII, LXXII, ⟨LXXVI, LXXXII⟩, CXIV, CXVII, CXXIX
Ad tumorem genuorum uel crurarum aut ubi tumor fuerit IV
Ad uiperae morsum V, XXIV, XXXV
Ad articulorum dolorem XXI, XCIII
Ad lentigines in faciem mulieris si habuerit XXI
Ad dolorem genuorum uel tibiarum aut talorum uel pedum I, XXXII
Ad perniones XLII
Si quis febribus acerrimis uexatur XI, XIX, XXXVI, CXIII
Ad panaricia XLII
Ad uerrucas sanandas XXXI, CIX
Ad abortum quae sibi facere uoluerit CXIV
Ad elefantiosos LXXXV, ⟨XCI⟩
A frigore exustis XIX, CXV
Ad litargos excitandos XC
Ad aciem oculorum antidotum ut accipias XC
Ad pulices extinguendos CIII
Ad hominem si exterminatus fuerit a uino et incommodus fuerit CXVI
Ad tisicos CXXVI
⟨Ad colubri morsum XCII
Si quis deuotus defixusque fuerit, sic eum resolues VII
Si quis maleuolus deuotauerit hominem LXXXV
Ad omnes dolores in corpore L
Ad fluentem semen nimis XC, CIV

171 fungus *Vo* ad fungos *E* 172 morsus *Vo* 174 Ad homine et *Vo* ad omnium serpentium *E* 175 morsus *E* 176 fugandos *Vo* exsugandos *E* 177 morsus et quid *Vo* 178 quod *Vo* 179 percussi *E* fuerit *Vo* 180 spalangiones qui uolant *VoE* 183 A de iter pedes si tumuerint *Vo* 186 genuarum *E* uel ubi *Vo* ubiubi tumuerit *E* 187 uiperes *Vo* 189 Mulier si lentigines in faciem habuerit *Vo* 190 tibiorum *Vo* 192 Ad si qui *E* acerrimis *om. Vo* 195 *om. Vo* aborsum qui *E* 197 Ad a frigore exustus *Vo* 198 utargos *E* 199 ad antidotum *uice* ut *VoE* 201 externatus *VoE*



I. HERBA PLANTAGO

1. Ad capitis dolorem.

Herbae plantaginis radix in collo suspensa capitis dolorem tollit mirifice.

2. Ad uentris dolorem.

Herbae plantaginis sucum tepefactum fomentando uentris dolorem tollit, et si tumores fuerint, tunsa et inposita tollit tumorem.

3. Ad dolorem interiorem.

Herbae plantaginis sucum potui datum et interiora sanat et toracem hominis purgat mirifice.

4. Ad disentericos.

Herbam plantaginem cum lente coquito et da, manducet, stringet uentrem.

α : **Hal.** *(usque ad curam 12)* **M** *(a cura 16 usque ad curam 21; cura 24)* **L** *(usque ad curam 12, postea ualde corruptus)* (**Ha V**) β: **Vr Vi B** γ: **Vo**

3 suspensus *Hal.* 4 mirae *Hal.* mirifice *om.* γ 6 terefactum *Hal.* tepefacito γ fumentando *L* uentris *om.* β 7 tollet γ tumor fuerit β fuerit *Hal.* 8 interaneorum *Hal.* interiorum γ 9 sucus datus *Hal.* dato *L* datur γ toraces omnes *Hal.* 10 mirae *Hal.* mirifice *om.* γ 12 Herbae plantaginis folia minuta facies et cum lente decoque et da (dabis) ut comedat, statim stringit (stringet) uentrem β lenticula γ coquito, da manducare et stringet *L* coquito et da, manducet *Ha V* et dum manducet stringit *Hal.*

5. Qui purulentum excreant cum sanguine.

Herbae plantaginis sucum dato eis bibere, sanabuntur.

6. Ad uulnera.

Herbae plantaginis semen tunsum, in uulnus asparsum, uulnera cito sanat, et ipsa tunsa et inposita refrigerat ea loca, quae nimio calore uruntur, et persanat.

7. Ad uentrem stringendum.

Herba plantago ex aceto cocta in mero bibatur mensura ciati unius.

8. Ad morsum serpentis.

Herba plantago trita ex uino et sumpta commoda erit.

9. Ad scorpionis morsum.

Herbae plantaginis radicem adligatam mire prodesse creditur.

10. Ad lumbricos.

Herbam plantaginem contundis et sucum eius de cocleario uel de ligula dabis bibere, ipsam quoque herbam tunsam in umbilico inponito.

11. Si qua duritia in corpore fuerit.

Herba plantago pisata cum axungia sine sale et factum quasi malagma, inponis in duritia et discutit.

12. Ad quartanas.

Herbae plantaginis sucus in aqua mulsa ante duas horas accessionis potui datur, miraberis effectum.

15 Plin. XXVI 44 35 Plin. XXVI 115

14 Item qui *Hal. L* excreat *Hal.* 15 Herbae plantaginis contritae et expressae sucus dabis bibere eis qui purulentum excreant et sanabuntur *Vr* Herba plantagine contrita et expressa, sucus eius dabis ei bibere, mirifice sanabit *Vi* datum *Hal.* et sanat *Hal.* 17 tunsum in puluerem factum et uulneri (in uulneribus) asparsum mirifice sanabitur *β* et in uulnus *Hal.* aspersum *L* 18 tunsa et *om. γ* refrigerat loca et nimio calore unguentur et sanant *Hal.* refrigerat et loca *β* et loca quae nimio calore urguntur *γ* loca ea quae nimio *HaV* 19 colore ex aestu aut unguntur et persanat *L* calore unguentur perfectissime sanat *β* 21 decocta uel in uino dabis bibere mensuram *β* bibetur *Hal.* bibantur *L* bibitur *γ* 24 plantago tunsam ex uino sumta *γ* trita et sucus (sucusque) eius cum uino sumptus commodum erit *β* commode *Hal.* nomen serpentis axieniza *HaV* nomen serpentis sipedon *Vi iuxta imaginem serpentis* 25 *in L titulum sequitur textus curae 10* morsum scorpionis *Hal.* scorpionis percussum (percussionem) *βγ* 26 radicem in loco percusso (percussurae scorpionis) alligatam mirabiliter sanat, frequenter experti sumus *β* prodeat *Hal.* 28 contunde *L* contusa et eius suco cocliarium *Vr* contundis et sucus expressus cocliarium unum dabis bibere *Vi* et sucum eius dabis *B* sucos *γ* 29 lingua *Hal.* ipsamque *L* inponis, scito certissime prodesse *Vr* inponis, lumbricos statim interficit et foras repellit *Vi* inponis et necabit lumbricos *B* inpone *γ* 33 inponas inde et discutit *Hal.* inponis duritias (omnem duritiam) discutit *β* 35 sucos *γ* ante horam *β* 36 miraueris *γ* effectum bonum *β*

13 Ad podagram et omnium neruorum dolorem uel tumorem. Herbae plantaginis folia contusa uel pisata cum salis modico et inposita optime facere certum est.

14. Ad tertianas.

Herbae plantaginis radices tres conterito et sub accessionem cum uino aut ex aqua ieiuno da, bibat.

15. Ad secundarum dolorem.

Herbae plantaginis semen contritum et potui datum prodesse creditur.

16. Ad uulnera recentia.

Herba plantago contusa, cum axungia uetere sine sale inponitur, sanus efficitur.

17. Si pedes tumuerint ab itinere.

Herba plantago contusa, cum aceto inposita tumorem tollit.

18. Si ulcus secus oculum uel secus nasum natum fuerit.

Herbae plantaginis sucus expressus contusae, et lanam mollem suco madefactam inponat per dies IX, sanus efficitur.

19. Ad disentericos uel torminosos.

Herbae plantaginis semen tritum pro polenta in uino calido dato, bibat, sanus efficitur.

20. Ad parotidas.

Herba plantago cum axungia uetere pisata et inposita persanat.

21. Ad ulcera oris.

Herbae plantaginis sucus et folia eius cocta in ore tenentur et radix eius in ore conmanducatur.

22. Ad fistulas sanandas.

Herbae plantaginis sucus fistulis infunditur et inmittitur eisdem.

37 Plin. XXVI 101, 112 50 Ps.-Theod. p. 293, 19 54 Plin. XXVI 44 57 Ps.-Theod. p. 273, 16 59 Plin. XXV 174 62 Plin. XXVI 126

37 et ad *β* 38 cum modico (-um) salis *β* cum salis modicum et pisata *γ* 39 facere ei *γ* 41 conteris (contere) *β* 42 uino et aqua *L* cum aqua *β* 46 recentia *om. γ* 47 plantago tusa *M* plantago contrita *βγ* uetere *om. M* inponitur et sanus efficietur *Ha V* inposita mirifice sanat *Vi* inpones mirifice sanabuntur *B* inponat, sanus fit *γ* 48 sanus fiet *Vr* 49 Si ab itinere pedes *β* 50 plantago contrita *γ* 51 si cui uulnus *βγ* Si uulnus *Vo in titulis morborum* oculos *β* 52 sucum expressum et cum lana molli madefactum *β* sucos expressos contusos *γ* 53 sanus fiet *γ* 54 terminosos *M* 55 dato (dabis) bibere *β* dato *om. γ* 58 posita *M* 60 sucum in ore teneat uel folia eius commanducentur (commanducabit), mirifice sanat *β* sucos in ore tenuntur uel folia eius commanducantur *γ* 63 sucus et folia tollas, infundantur fistulis et inmittuntur eisdem *Ha V* fistulis infundis desuper multis diebus et sanatur *β* mittitur *γ*

23. Ad morsum rabidi canis.

Herba plantago contusa et inposita facillime sanat.

24. Contra omnes uesicae difficultates.

Herbae plantaginis folia uel radices potae ex passo, fortiter medetur.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur arnoglossa, alii arnion, alii probation, alii cinoglossa, alii eptapleuron, Galli tarbidolotius, Spani tetharica, Siculi polineuron, ⟨alii⟩ tirsion, profetae ura egneumonos, Aegyptii asaer, alii thetarion, Daci sipoax, Itali plantago lata, Romani plantago maior, alii septeneruia.

Nascitur paludibus plurimum et pratis.

Interpolationes ex Diosc. I 198, 3 sqq. (conf. Plin. 25, 80).

Arnoglossa quae et eptapleuros nomen sumpsit a similitudine agninae linguae, nam Graeci arnon agnum uocant, glossam linguam, siue rursum quod saepe adnata habeat germina in longitudinem septem lateribus similia, [et] propterea Graeci eptapleuron, Latini plantaginem uocauerunt. Sed sunt eius species duae, nam quae eptapleuros appellatur, est maior forma et foliis ornatioribus et latioribus et neruosis. Nascitur in uallibus et hortis nec non et paludibus, plurimum et in pratis, et est magis constrictiua. Alia uero minor atque nigrior et lenior nascitur in tartariis locis et in usum uarie adhibetur.

66 Plin. XXVI 78

64 canis rabidi *β* canis rabidi morsum *γ* 66 Contra hominis uissicae difficultates *M* Ad omnes uesicae *Ha* Ad uesicae *β* Aduersus uesicae *γ* 67 folia aut *M* radices positae ex passo *HaV* radices contusae et potui datae ex passo *β* radices tritae ex passo *γ* medentur *M* 69 arnoglossus *γ* hermion *Lγ* arnion *HaVβ* *ἄρνειον Diosc. I 198, 9* Tusci dicunt probation *β* *προβάτειον Diosc. I 198, 9* 70 *κυνόγλωσσον Diosc. I 198, 10* Corinthi eptapleuron *β* *ἑπτάπλευρον Diosc. I 198, 10* tarbidoslotios *L* tarbidolopius *VrB* tarpidopium *Vi* *ταρβηλοθάδιον Diosc. I 198, 12* Hispani *L* thicarica *β* thearica *γ* *θισάρικαμ Diosc. I 198, 12* Siculi *usque ad* tetharion *om. L* 71 *πολύνευρον Diosc. I 198, 10* uraceneumonos *β* uregneumonos *γ* *οὐρὰ ἰχνεύμονος Diosc. I 198, 11* 72 *ἀσοήθ Diosc. I 198, 11* scinpoax *βγ* Itali plantago maior, alii septeneruia *L* *Ῥωμαῖοι πλαντάγω μίνορ Diosc. I 198, 12* 74 pratis. Legis eam omni tempore *γ*



II. HERBA QVINQVEFOLIVM

1. Ad uitia articulorum siue percussa fuerint.

Herba quinquefolium tunsa cum axungia sine sale inposita sanabit.

2. Ad uentris dolorem.

Herba quinquefolium tunsa, sucum eius dabis bibere, sine mora dolorem tollit, coclearia II dabis.

3. Ad uitia oris aut linguae aut gulae.

Herbae quinquefolii radices ex aqua coctas dabis, gargarizet, etiam ubi sanies, tollet et arteriam purgat.

2 Ps.-Theod. p. 293, 11

α: ***M*** *(curae 1—3)* ***HaV*** *β*: ***Vr Vi*** *γ*: ***Vo***

2 uel si *β* *(γ in titulis morborum)* siue si *γ* 3 axungia uetere sine *M* sanat *β* sanatur *γ* 6 quinquefolium (-iae *Ha*) sucum *α* herba quinquefolium tunsa et expressa, sucum *β* eius *om. HaV* dabis bibere, dolorem tollit sine mora, cocliari duo *γ* bibere coclearia II sine *HaV* 7 coclearia II dabis *om. HaVβ* 8 oris uitia *βγ* 9 Herba quinquefolium in puluerem redacta, admixto melle os perfrica et linguam, etiam arteriam (uel fauces *γ*) purgat *βγ* 10 ubi su *(reliqua desunt) M* sunies(?) *HaV*

4. Ad capitis dolorem.

Herbam quinquefolium circumscribito ter, digito medio et pollice sublata et trita et capiti inlita efficaciter sanat; peracto remedio loco puro reponi conuenit.

5. Ad sanguinem de naribus nimis profluentem.

Herbae quinquefolii sucus potus uel inlitus restringit sanguinem.

6. Ad ancen remedium.

Herbae quinquefolii sucus ciati III potui datur.

7. Ad morsum serpentis.

Herba quinquefolium contrita et sucus eius expressus, cum uino potui datus mirifice remediat.

8. Ad combustum.

Herbam quinquefolium portatam prodesse plures auctores adfirmant.

9. Ad cancrum exsiccandum.

Herba quinquefolium cum uino et cum adipe suilla ueteri sine sale pisata de ligno in ligno, vino sane veteri aspargis et sic inponis, rem unicam experieris.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur pentafillos, alii pseudoselinon, alii callipetalon, alii xiloloton, alii aspaltion, alii tymatitis, Aegyptii asufi, alii thebeoti, profetae ibeos onix, alii ptereon ibeos, alii †pecusideon, alii Hermu dactilon, Galli pinpedonum, Daci procedila, Itali quinquefolium, Ro-

15 Plin. XXVI 131 18 Plin. XXVI 23

12 Herba quinquefolium si circumscriptam tenes digito medio et pollice sublata contrita *Ha V* circumscribis *β* 13 sublata trita et capiti inlinita *β* sanat uel radix eius capiti alligata mire (mirifice) sanat *β* sanat et peracto *γ* 15 *totam curam om. V* nimium *β* 16 Herba quinquefolium potata uel inlita restringit mire *Ha* sucos quinquefolii potum uel inlitum *γ* potui datus uel fronti inlinitus *β* 17 Ad angene remedium *Ha* Ad ange remedium *β* remedium ad synancis *γ* agine *Vo in tit. morb.* anguine *E in tit. morb.* 18 sucos *γ* ciatis *Ω* dabis, miraberis bonum effectum *Vr* dabis, miram rem experieris *Vi* datur, miraueris mire *γ* 19 *totam curam om. V* 20 contrita potui si datur cum uino, mire remediat *Ha* 21 nomen serpentis sipedon *Vi iuxta imaginem serpentis* 23 quinquefolium contritam (contusa) et potatam *β* autores *γ* 24 excecandum *βγ* 26 inponis medicamen, rem certam (ueram) experieris *β* 27 rem *om. γ* 28 *synonyma ex ordine cod. Vo* 29 Daci callipetalon *β* 30 xyloton *Ha* xiloton *V* xoloton *γ* *ξυλόλωτον Diosc. II 200, 11* *ἀσφάλτιον Diosc. II 200, 11* Siculi tymatitis *β* *conf. codd. Diosc. (II 200): θυμιατῖτις Di sic Wellmann θυματῖτις C θυματίτης N* Aegyptii asufi *Ha V* Tusci aesofi, *infra* Aegyptii disufi *β* Galli eusufi *γ* thebeuti *γ* *ἀγωφιτεβεωκί Diosc. II 200, 12 uid. app. Wellmanni* 31 onix ibeos *γ* ptheron *γ* pecusideon *om. Ha V β* 32 dactulon *γ* penpidulum *Ha V* *πομπέδουλα Diosc. II 200, 15* propedila *Ha V* procila *β* *προπόδιλα Diosc. II 200, 15 conf. Jokl, Streitberg-Festgabe (Lipsiae 1924) p. 178* Latini quinquefolium *Ha V* Romani quinquefolium *β*

mani manus Martis, Graeci pentafillon, Democritus theon astron(?), Siculi pentafillos, alii pentapetes, alii pentadactylon, alii pentaquinon.

Nascitur in pratis et locis cultis et mundis, gustu aspero, tactu molli. Legis eam mense Augusto.

Interpolationes ex Diosc. II 200, 2 sqq. (conf. Plin. 25, 109).

Nascitur habitaculis uicina siue in transitu semitarum, ramis longitudine bipalmis, tenuibus, in quibus semina et folia saepius quina serratim scissa, flore pallido, radice longa, rubra.

33 theonestron *Ha V* diconestron *β* alii theoneseron *γ* 34 pentacynon *Ha V* pentacymon *β* πεντάκοινον *Diosc. II 200, 11 Synonyma codd. Ha V, quae in γ non existunt:* pentagonon, pentatomon 35 Nascitur locis pratensibus ac mundis, gustu aspero, lacte molli *Ha V* Nascitur locis opacis et cultis uel pratis, tactu molli. gustu aspero *β* Nascitur locis pratis et cultis *γ* 36 Legis etc. *om. βγ*



III. HERBA VERBENACA

1. Ad ulcera et parotidas.

Herbae uerbenacae radix in collo ligata summe proficit.

2. Ad strumas et parotidas.

Herba uerbenaca tunsa et inposita mirifice sanat.

3. Ad eos, qui induratas uenas habent et cibos non recipiunt.

Herbae uerbenacae sucus datur bibere, sed coctum, postea miscetur cum uino et melle et aqua et statim sanat.

4. Ad eparis dolorem.

Herbam uerbenacam solistitio collectam, in puluerem redactam robusto dabis coclearia V ex uino quam optimo ciatis III, potui sumpta mire proficere creditur, et ceteris pro cuiusque uiribus, sic dabis.

1 Plin. XXV 164; XXVI 143 4 Plin. XXVI 26 9 Marc. XXII 35

α: ***L*** (***HaV***) *β*: ***VrVi*** *γ*: ***Vo***

2 Ad uulnera et parotidas *β* 3 uerbenacae, uermenacae *L* uerbenae *HaV* uerminaciae *βγ* ligata mirifice sanat *βγ* 5 tunsa cum axungia sine sale imposita *β* 6 accipiunt *β* 7 coctum *om.* *β* 8 aqua et bulliat et sic dabis bibere, statim sanabit *β* aqua statim *γ* 10 lecta *βγ* 12 dicitur *γ*

5. Ad cauculosos.

Herbae uerbenacae radix contusa, ex mulso optimo tepido dato, incredibiliter cauculosis succurrit, non solum ipsis cauculosis, sed et quidquid esset, quod urinam inpediret, celeriter reducit.

6. Ad capitis dolorem.

Herbae uerbenacae corona facta, in capite inposita dolorem capitis tollit.

7. Ad serpentium morsus.

Herbam uerbenacam cum suis foliis et radicibus quisquis offultam cinctamque secum portauerit, ab omnibus serpentibus erit tutus.

8. Ad morsum araneorum, quos Graeci spalangiones uocant.

Herbae uerbenacae ramulos ex uino decoctos, deinde contritos, quod acetauerit plagae inponis, postea crudam cum melle contritam in ulcus audaciter insertam mature ad sanitatem perducere certus auctor adfirmat.

9. Ad canis rabidi morsum et idrofoba

Herbam uerbenacam ad uulnus inponito, tritici quoque grana integra indito uulneribus, donec humore mollita expleant, iam tumida proicito illa gallinae; si non adpetit, simili modo alia grana coicito; si sic esse coeperit, periculi sublati signum erit.

10. Ad uulnera recentia.

Herba uerbenaca contrita cum butiro uulneri inponatur.

11. Ad serpentium morsum.

Ramulos ex uino decoctos et contritos, si acetauerit, plagae cum tumore inpositi adaperiunt primum, exulcerant deinde, postea crudi cum melle contriti et ulceri inserti, donec ad sanitatem, quod celeriter fit, perducant, inponuntur.

14 Plin. XXVI 87 18 Marc. I 46 35 Ps.-Theod. p. 280, 8

14 cauculos *Viγ* 15 dabis *Vr* 16 calculos pellit *γ* 17 esse uidetur, inpedit *β* 19 coronam facito et in capite inpone *γ* 24 Ad percussum araneorum *β* aflagiones *L* sfalangias *Ha* flalangiones *V* 25 fasciculum in uino decoctum ante trita, potui data, (et) eius folia contrita (si) plagae inponis, ulcera mature ad sanitatem perducis *β* contritos et deinde quo adcecauerit plaga *L* quo adcecauerit *γ* 27 audaciter insertam *om. γ* 29 hydrofobum *L* hydrofoba *HaVβγ* 30 integra XIII aut XV adposita uulneribus *β* integra adpositum uulneribus *γ* 31 uulneri *α* expleantur (repleantur) *β* iam tumidas *α* et tumida *β* tumida tollito et proicito *γ* 32 si non adpetens fuerit, simili modo alia grana coicito, et si eos tollent (ea tulerit), utilissimum erit; si autem adpetens non fuerit, periculosum signum et mortiferum erit *β* adpetens simili *L* 33 coeperint, periculosum signum erit *γ* 35 imponis sanabitur (uelociter) *β* 36 morsus *γ* 37 sic hec erit *L* si ceca erit *HaV* si cecaueri(n)t *βγ* *conf. cur. 8* plaga *Ω* 38 aperiuntur *L* adaperiuntur *HaVβγ* 39 contrita et ulceri inposita *β* quod celeriter fit *om. β*

12. Ad ictericos id est morbo regio, qui et auriginosi uocantur.

Herbae uerbenacae dragma I et nardi oboli III, bacae crudae foliorum expressus sucus et paulum mirra contrita ex aqua ciatis III, potui data expellere morbum creditur.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur hierobotane, alii peristereon, alii Dios elacate, alii trigonion, alii †pecorobon, alii collesis, alii sideritis, alii aristereon, alii ciparissos, alii Persefonion, alii Demetrias, alii panchroma, Aegyptii pempemthar, Pythagoras erisisceptron, Itali uerbenaca, alii gallinacia (?), alii lustrago, alii columbinam, alii militariam, alii uertipedium.

Nascitur ubique in planis et aquosis locis.

Interpolationes ex Diosc. II 212, 10 sqq.

Foliis subalbidis et uelut incisis, radice simplici atque thyrso, uirtute redarguenti, quam stypticen uocant, et quae uulnera conglutinet atque putredines abstergat; est autem columbis esca iucunda.

52 Plin. XXV 105

41 quos auriginosos dicunt β 43 bacae crudae *om.* β laccae *Humelberg* 44 sucus expressus β 45 morbum certum est β 47 hierabotanen *Vr* hierabotanim γ peristereon *om. L* peristereona hiptio *HaV ex Diosc.* Siculi dicunt perestereon β diosatim *L*βγ dioselacate *HaV ex Diosc. II 214, 11* *Διὸς ἠλακάτη* diosatis *CGL III 559, 71* 48 trigomon γ *τρυγόνιον Diosc. II 213, 6* *post* trigonion β Punici sanguinariam *conf.* *σαγγυάλη Diosc.* pecorobon *om.* γ pecorobon *fortasse pro δίχρωμον Diosc. II 214, 11* *loco* pecorobon *Ha*: panchromon *uid. infra* *post* collesis *HaV*: idem camelicos *ex Diosc. χαμαίλυκος* Romani sideritis β *post* sideritis *HaV*: curitis *ex Diosc. κουρῖτις* aristereon *om.* β 49 profetae dicunt persefonion β Tusci uocant demetria β *post* Demetrias *HaV*: Asclepios alcea *ex fonte ignoto* panchroma *om.* α *δίχρωμον Diosc.* 50 pempethar β pempemthar *om.* γ *πεμψεμτέ Diosc. II 213, 7* *πεμφεμφθάμ Diosc. 214, 12* penpetan *CGL III 573, 62* irissceptron *L* erisceptron *HaV* erisceptron β *ἐρυσίσκηπτρον Diosc. II 214, 13* licinia Ω *conf. syn. herbae LXVI* lacunia *CGL III 567, 29* lyginion *Koebert* 51 columbina suppina *HaV* captipani columbinam β 52 in aquosis et planis γ locis. Legis eam mense Augusto β



IV. HERBA SIMFONIACA

1. Ad aurium dolorem.

Herba simfoniaca, sucus eius tepefactus in aurem stillatus aurium dolorem mire tollit; etiam si uermes fuerint, necat.

2. Ad tumorem genuorum uel tibiarum uel crurarum aut ubi tumor fuerit.

Herba simfoniaca tunsa et inposita tumorem tollit.

3. Ad dentium dolorem.

Herbao simfoniacae radix cocta cum uino austeri, sorbeat et teneat eam in dente, qui dolet, mox sanat dentium dolorem.

α: ***L*(*HaV*)** β: ***Vr Vi B*** γ: ***Vo***

3 tepefactus cum oleo roseo et in aurem β sucos tepefactos in auribus instillato γ stillabis *Vi* 4 mirifice tollit et si β uermes habuerit βγ necat eos β 5 uel tibiarum *om.* α aut crurarum aut si tumor γ 7 tunsa cum stercore ouilio (ouium) et modico aceto factum quasi malagma inposita β 9 decocta *ViB* austero *B*γ sorbeat et *om.* β teneatur *Vi* detineatur *B* 10 eam in ore *ViB* dolet, mox dolorem dentium abstergit *Vi* dolet, statim dolorem dentium tollit *B*

4. Ad inguinum dolorem.

Herbae simfoniacae radix adligata in femore et dolorem et tumorem inguinum tollit.

5. Ad pedum dolorem.

Herba simfoniaca adligata pedum dolorem tollit, et tunsa ea cum sua radice et super pedes inposita mire et dolorem et tumorem pedum tollit.

6. Ad iocinerum et pulmonum dolorem uel uexationem.

Herbae simfoniacae sucum da bibere, cum summa admiratione sanabit.

7. Ad pectinem mulierum.

Herbae simfoniacae sucum mixtum cum croco, dabis potionem et miraberis effectum.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur iosciamum, Itali laterculum uocant, alii simfoniacam, alii caligularem.

12 femorem *α* (statim *Vi*) nimium dolorem tollit *Vr Viγ* dolorem inguinum tollit mirifice *B* 15 adligata in pedibus dolorem pedum tollit ita ut super pedes inposita sit *Vi* *post* dolorem tollit *cet. om. γ* 16 superinposita mirifice tumorem tollit et dolorem aufert *B* mire tumorem et dolorem tollit *Vr* 18 Ad dolorem iecorum (iocinerum *Vi)* et pulmonum uexationem *Vi B* Ad iocinerum dolorem et pulmonum uel uexationem *Vr* iocinerum uel *γ* uel uexationem *om. γ* 19 sucos *γ* dabis bibere, sanabitur mirifice *Vi* (et) summa admiratione sanabitur *Vr B* 21 Ad pectinemulierum dolorem *L* Ad mulieris pectinis dolorem *Ha V* Ad pectinem mulierum dolorem *Vr* Ad pectoris mulierum dolorem *B* 23 idem miraberis *Ω* effectum bonum *β* 25 hiosquiamum *L* yoscianon *Ha* yociamon *V* hyosciamum *Vr Vi* hiscianion *B* yosciamum *γ* Romani simfoniacam *β* *post* simfoniacam: alii laterculum, alii calicularem *γ* canicularem *Koebert p. 41* 26 Punici caliclarem *β* *Synonymis aliarum classium addidit β (conf. Diosc. II 224, 6 sqq.): post* simfoniacam: alii pitonion (pitonionca *Vi*), *post* caliclarem: Democritus tiambrion *Vr Vi* triabrion *B* (*τριάμβιον Diosc.*), profetae saccanaron *Vr Vi* sicca nauaron *B* sicanar *CGL III 576, 45*, Osthanes calion *Vr* galion *Vi B* (*ζελέων Diosc.*), Zoroastris tifonion, Romani insanam dicunt, Aegyptii safo *Vr* safu *Vi* (Aegyptii autem uocant simphoniacam *B*) (*σαφθώ Diosc.*), Galli bellinoton *Vr* bellinotem *Vi B* (*βελενούντιαμ Diosc.*) *Synonyma codd. interpol. ex Diosc. II 224, 6 sqq.:* Graeci yosciamon (yociamon *V*), idem adamas, idem Diosciamos, idem pythonion, idem antiminon (*ἀδάμεινον uel ἀδάμινον codd. Diosc.*, *ἀδαμάντινον Wellmann*), idem ypnoticon, idem thamanes (*ἐμμανές Diosc.*), idem augmos (*οἱ δὲ ἀταῖος, οἱ δὲ . . . Δημόκριτος Diosc.*), Democritus triambion, Pythagoras prophetis, Osthanes asiozelion (asiotelion *V*) (*ζελέων Diosc.*) Zoroastres trifonion (tryconion *V*) (*Τυφώνιον Diosc.*), Latini insana (insaniam *V*), idem dentariam, idem Apollinarem (pollinariam *V*), idem alterculum (= laterculum cl. *αγ*), idem symphoniacam, idem calicularem (canicularem *V*), Punici gingan (sigan *V*), Aegyptii saftho (safitho *V*), Friges rymenia (*λύπημα Diosc.*), Thusci faba lupina (*φαβουλώνιαμ Diosc.*), Galli bellinuncium (*βελενούτιαμ Diosc.*), Daci dielinam (*διέλλειναν Diosc.*), profetae epoptice ligea (*post* sigan: idem accipicu, idem frie, idem remenia, idem Thusci, idem Galli, idem bellinuncium, profetae epotice lycea, Aegyptii safitho, idem Friges, idem faba lupina, idem dielinam, profetae epoptice lycea *V*)

Nascitur locis cultis et sablosis et hortis. Est et altera subnigro colore, foliis sordidis et uenenosis. Ille ergo candidior has vires habet.

Interpolationes ex Diosc. II 224, 4 sqq.

Thyrso fruticoso, multirami, foliis nigris, scissis, hirtis, balanos generans, ut est mali Punici ampullacium appellatum, obstrusos quidem scutulis et semine plenos paulo longiori papauere, sed sunt differentiae eius tres: Nam altera flore purpureo ac semine nigro, altera flore nigro et semine fuluo, sed utraque sumentes in furiam mittit. Appellata denique est maniopoeos, id est insaniam faciens. Tertia semine atque flore albo nascitur locis cultis et sablosis et hortis et in litoribus ruderibusque. Eius sucus similis est meconi herbae. Medetur ergo yoscyamon candidior et has habet uires.

27 uel hortis aut in maceriis *β* subnigrior foliis *β* 28 foliis horridis id est uenenosis *α* sordidis et uenenosis foliis *γ* his ergo *γ* uirtutes *β* 30 fructificoso *Ha V* 32 plenis *Ha* plenus *V* 36 sabulosis *V* ruderibusque *om. Ha V, habet Torinus ex codice nobis ignoto, conf.* ἐν ἐρειπίοις *Diosc.* 38 uirtutes *V*



V. HERBA VIPERINA


1. Ad uiperae morsum.

Herba uiperina trita cum uino potui data mirifice morsus sanat et uenenum discutit.

Nascitur secus flumina uel in segete foliis mollibus gustatu aspero. Legis eam mense aprile.

α: ***L*** (***Ha V***) *β*: ***Vr Vi*** *γ*: ***Vo***

3 trita *om. γ* 4 nomen serpentis profae *L Vo* nomen serpentis aceres *Ha V* 5 aut segetes *Vr γ* aut in segetes *Vi* gustu *β* *Synonyma codd. interpol.:* Graeci elenion, idem echidnion, idem theriorizon (therionion *V*), Latini hinnulam, idem uiperinam, idem radicem Macedonicam, *quorum ex numero* elenion *et* hinnula *ex Diosc. I 31, 21 sqq, alia ex fonte ignoto*



VI. HERBA VENERIA

1. Ne apes examinent uel ne effugiant.

Herbam ueneriam in uaso apium suspensam habeto, nunquam seducentur. Haec herba raro inuenitur nec eam scire poterit, nisi cum flosculum emiserit.

2. Ad duritiam urinae, si quis facere non potuerit urinam et stanguiriam patitur.

Herbae ueneriae radicem ex aqua decoctam ad tertias dabis bibere per triduo, urinam mirifice deducit et stranguiriam sanat.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur acorum, alii Afrodisias, Galli piper apium, Itali ueneria, alii radix nautica, alii †singentiana.

Nascitur locis cultis et hortis et aratis. Legis eam mense Augusto.

α: **L** (***Ha V***) β: ***Vr Vi B*** γ: ***Vo***

2 examinentur β uel ne effugiant *om.* α *Vr* aut effugiant *Vi* uel fugiant *B* 3 *loco* ueneria β *semper* achorum uas *Vr Vi* uasa *B* apum *L* habeto et nunquam α 4 reducentur α effugiunt β seducent γ inuenietur *L* poterint *Vr Vi*γ poteris *B* 6 urinam *om.* βγ 12 achorus *L* achorum β Afrodisias αγ *sic et codd. Diosc., Wellmann falso* Ἀφροδίσιος afrodisius β Itali piper apium γ 13 Romani radix nautica β 14 hortis uel aratis β hortis aratis γ



VII. HERBA PEDELEONIS

1. Si quis deuotus defixusque fuerit, sic eum resolues.

Herbae pedeleonis frutices septem sine radicibus coquito ex aqua luna decrescente, lauato eum et te ipsum, qui facis, ante limen extra domum prima nocte, et herbam incende aristolociam et subfumigato eum et redite ad domum et ne post uos respiciatis, resoluisti eum.

Nomina herbae.

Graeci dicunt leontopodium, alii Aethiopis, alii platifillon, alii pedeleonis.

Nascitur circa campos et circa fossas et arundineta.

α: ***L*(*HaV*)** *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***Vo***

2 Si quis deuotus defectusque fuerit in nuptiis suis *Vr* Si quis debilis fuerit defectusque in suis nuptiis *B* Si quis deuotus in uotis suis id est innuptus perfectus obligatus ligatusque fuerit *Vi* diffixus *L* 3 numero septem *β* coquuntur *β* cum aqua nimfale *γ* 4 lauabis *β* extra domum *om. γ* 5 eum suffumicato *L* fumigabis *β* fumigato *γ* 6 reuertere in domum *γ* 8 aethopes *α* etefos *Vr Viγ* effros *B* ettephos *CGL III 561, 76* plantifilon *L* Tusci plantafium *β* platopium *γ* pedes leonis *L* *Synonymis aliarum classium addidit β*: eteron, semen leoninum *(Diosc. II 109, 14)*, Itali uocant orobetron *(conf. Diosc. II 109, 12 ϑορύβηϑρον Wellmann)*, Romani cibiclinalis (gibi-

Interpolationes ex Diosc. II 108, 15 sqq.

Nascitur saepe cum tritico, thyrsis bipalmis furcosis, in quibus ueluti lannae binae uel trinae semen continentes, foliis coliculi agrestis simili-
14 bus, radice nigra rapi simili.

dirialem *B*) (*κουβίλια μαρίνα Diosc. II 109, 13*), alii parcelalon dicunt (*παραβέρκλουμ Diosc. II 109, 14*), Punici guduball dicunt (gudubba *Vr* gudubal *B*)

Synonyma codd. interpol. ex Diosc. II 108, 14 sqq.: Graeci leontopodion, idem leontopetalon (leonpetalon *V*), idem prapidilon (*παρδάλιον Diosc. II 108, 14*), idem thorybethron, idem lacethon (*λεύκηθρον Diosc. II 108, 15*) idem aferesis (arferesis *V*) *(unde?)*, idem lacthron (*λεύκηθρον Diosc. II 109, 10*), idem orobethron *(conf. codd. Diosc. II 109, 12)*, idem prapedion (*ῥαπιδήϊον Diosc. II 109, 12)*, idem leontos spermon (*σῆμεν λεωνίνουμ Diosc. II 109, 14)*, idem aetopus *(ex genuinis syn.)*, idem pantifilon *(item)*, Dardanus (Dananus *V*) caccalia (cacalia *V*) *(ex fonte ignoto)*, Punici gudubbal *(uid. supra)*, Latini flammula Veneris *(ex fonte ignoto)*, idem brumaria *(item)*. *Ultima duo synonyma extant etiam in cod. Vr ex codicibus interpol. classis α hausta* 10 in campis *β* arundinetis *Lβ*

14 simile *Ha* similis *V*



VIII. HERBA SCELERATA

1. Ad ulcera cironia.

Herba scelerata tunsa cum axungia sine sale, inponis in uulnere, excomedet, et si qua fuerit sordes, expurgat, sed non diutius patiaris quam necesse est, ne et corpus sanum exedat. Si argumentum rei experiri uolueris, tunde eam et super manum sanam inpone et adligato, statim rodit corpus.

2. Ad strumas et furunculos.

Herba scelerata tunsa et subacta cum fimo porcino, inpone strumis et furunculis, et intra paucas horas discutit et pus eicit.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur botracion, alii †choras, alii chloropis, alii Nilion, alii stalticen, alii cauticen, alii cloropin, alii ioselinon, alii catastal-

α: ***L*** (***HaV***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***Vo***

3 Herbam sceleratam tunsam *ViB* pones *L* in uulneribus *B* 4 putredinem comedit *B* sors *γ* 5 quia necesse est *γ* argumentum ei *L* rei *om. γ* 6 experire *βγ* inponis *L* 7 rodet *βγ* 8 furunculos uel apostemas ut sine ferro aperiantur *β* 9 et *om. γ* 10 furunculis et apostemis *β* discutit (uulnera *B*), legis eam omni tempore *β* discutit omnia malitia *γ* eiciet *α* 12 chorias(?) *L* chogras *HaV* clorophis *L* glorofies *Ha*

ticen, alii †pheution, alii lycopnum, Siculi selinon agrion, Aegyptii senecon, Romani apium rusticum, alii herba scelerata, alii apiurisu.

Nascitur locis humidis et aquosis. Si quis homo eam ieiunus gustauerit, ridendo exanimatur, est enim caustica.

Interpolationes ex Diosc. I 242, 6 sqq.

Sunt enim eius species quattuor, quarum altera cum foliis pinguibus atque crassis et latis, colore alia subalbido, alia uelut nigro, cum flore melino uel purpureo et tyrso cubitali minime robusto, radice alba cum adnatis germinibus erumpentibus tamquam in elleboro. Nascitur autem in stagnosis uel umbrosis locis. Item secunda est longioris tyrsi et foliis hirtis cum incisuris, gustu acerrimis. Nascitur saepe in Sardinia. Tertia est uehementer breuissima, taetri odoris atque incendiosa, cum floribus aurosis. Quarta est cum floribus lacteis.

17 Plin. XXV 172 (conf. XXVII 112)

clorofies *V* chlorophis *β* chorospis *γ* 13 staticen *β* *loco* cauticen *β*: atircoris ruselinon *α* russelinon *β* sulerinon *γ* (*ὑοσέλινον Diosc. I 242, 10*) cataalticen *L*

14 efestion *β* peudion *γ* alii selinon agrion *L* Itali senecon *γ* 15 sednecon *L* ennecon *β* alii apium rusticum *L* Itali apium rusticum *β* Galli herba scelerata *β* apiurisu *idem codd. Diosc.* *ἄπιουμ ἰρσούτουμ Wellmann* *Codd. interpol. post* Aegyptii senecon *pergunt ex fonte ignoto:* idem nemecon, idem carcadana, Cilices gadiadana, Romani apiastellum, idem dentaria, idem aecrifonum (ecyfonum *V*), idem apium, Siri nutha, Bessi nupyla, Daci dicottela, Graeci item selinon agrion, idem selinon ydacion, profetae batrachois, idem stergetron, idem siquirnision, Aegyptii sinechon (*om. V*), idem nenechon (*om. V*), idem orchin (orcnin *V*), idem chotrada, Latini apium rusticum, idem apium risum, idem herba scelerata 16 locis aquosis *β* aquosis uel in hortis *Vi* si quis homo ignorans eam *ViB* ignorans ieiunus eam manducauerit *Vr* ieiunus *om. α* 17 manducauerit *B* examinat *L* exanimabitur *VrB* exanimat *Vi*



IX. HERBA BOTRACION STATICE

1. Ad lunaticos.

Herba botracion si lunatico in ceruice ligetur lino rubro, luna decrescente, cum erit signum tauri uel scorpionis parte prima, mox sanabitur.

2. Ad cicatrices nigras.

Herba botracion tunsa cum sua radice, mixta cum aceto inponis his, qui habent cicatrices nigras, exedit eas et similem corpori facit colorem.

Nascitur locis sablosis et campis arenosis. Radix eius uerticillo est similis, radiculas paucas et tenuissimas habet.

Interpolationes (cf. Diosc. I 243, 9).

Flore auroso, quam Punici atzicurur appellant.

α: ***L*(*HaV*)** *β*: ***ViB*** *γ*: ***Vo***

2 ad lunaticos, qui cursum lunae patiuntur *B* 3 botracion statice *Vi* in collo *γ* 4 tauri et scorpionis *α* 7 Herbam *β* tunsam *β* mixtam *β* inponis ad eos qui *β* inponis qui habent *γ* 8 eximit eas *Vr Vi γ* extenuat eas *B* similis *α* simili corpore *β* simili corpori *γ* 10 sablosis et campestris et arenosis *α* uerticello *L* uerticulo *βγ* 13 flore auroso, etiam hanc *V* alzicurus *V*



X. HERBA ARTEMISIA MONOCLONOS

1. Ad iter faciendum.

Herba artemisia, si quis iter faciens eam secum in manu portauerit, non sentiet itineris laborem. Fugat et daemonia et in domo posita prohibet mala medicamenta. Auertit oculos malorum hominum.

2. Ad pedum dolorem.

Herba artemisia tunsa cum axungia et inposita pedum dolorem tollet.

3. Ad interaneorum dolorem.

Herba artemisia pisata et in puluerem redacta, cum aqua mulsa potui data intestinorum dolorem sedat.

α: ***L*(*HaV*)** *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***Vo***

3 Herba artemisia monoclonos *γ* in manu *om. β* 4 demonia in *β* ex domo *L* et domo *HaV* 5 euertit *γ* malorum omnium *L* hominum *om. β* 7 herba artemisia monoclonos *γ* 8 tollit *β* 10 artemisia tunsa *β* pistata in puluerem *α* 11 dato *L* tollit *β γ* tollit, facit et ad multas res mirifice *Vr* tollit et diuersis infirmitatibus subuenit *Vi*

Nomina herbae.

A Graecis dicitur toxotis, alii Ias, alii Efesia, alii aristolochia(?), alii partenicon, alii apolissos, alii anacirios, alii sozusa, alii leucofris, profetae ema antropu, alii †ceetyssice, alii onychantes, alii rizanaytes(?), alii theon esis, alii Bubasteos cardia, alii osta antropu, alii ema Cronu, alii gonos Efaestu, alii filacterion mega, Aegyptii aneses, alii neiasar, Pythagoras †pexasis, alii toxobolus, Galli titumen, Ostanes ..., Daci zired, Itali serpullum maius, alii ualentia, Romani artemisia.

Nascitur locis lapidosis et sablosis.

13 toxotis *α* toxotes caristellum *β* toxotes *γ* uas *L* lisias *HaV* Ias *om. βγ* *τοξιτησία Diosc. II 125, 6 confusis duobus synonymis* ephasias *L* epesia *β* epesias *γ* *'Εφεσία Diosc. II 125, 7* caristelocear *αγ* caristelociam *Vr* aristolochiam *Vi* caristologiam *B* 14 apolissos *β* epolysseos *γ* *ὑπόλυσσος Diosc. II 125, 7* anacyrios *αβ* anacrios *γ* *ἀνακτόριος Diosc. II 125, 7* *loco* anactorios *β*: lysimachi artemisia iozosa *αγ* sozusa *β* *σῴζουσα Diosc. II 125, 8* leucoprys *α* lycopras *β* leucofris *om. γ* *λεύκοφρυς Diosc. II 125, 8* 15 emeantropu *α* eantropu *β* ceetyssice *L* cetisie *HaV* ceetesie *β* ceetyssice *om. γ* onicantes rizanautes *LHa* onicantes resanites *V* onicantes riza *β* onocantes riza *γ* 16 theonisis *Ω* bubastes *uel* bubistes *β* ostrantopu *Ha Vβ* ostrantropu *γ* 17 emagronu *HaV* emeronu *β* filarterionumesane *HaV* *post* mega *L*: Aegyptii *abinde nomina legi non iam possunt* Aegyptii dicunt alsabalsar *Vr* alsalusar *Vi* alsabalsa *B* alii aneses, alii neiasar *HaVγ* 18 fexasa(s) *β* alii pfexasis *γ* Aegyptii toxobolus *β* *reliqua nomina desunt* Galli ostanes, Daci titumen, Itali zireo *Ha V Vr* nitumen *γ* bricumum *Marc. XXVI 41* *πονέυ Diosc II 125, 10* 19 *ζονούστηρ Diosc. II 125, 10* sepillum *HaV* ualentina *γ* alii artemisia *HaV* 21 locis sablosis uel montuosis *β* locis cultis, sablosis et lapidosis *γ*



XI. HERBA ARTEMISIA TAGANTES

1. Ad uesicae dolorem et stranguiriam.

Herbae artemisiae tagantes sucus, scripulos duos ex uino potui dato, febricitanti ex aqua calida ciatis duobus potui dabis.

2. Ad coxarum dolorem.

Herba artemisia tagantes, tundes eam cum axungia et aceto, bene subiges et inpones et adligabis, tertia die sanabitur.

3. Ad neruorum dolorem uel tumorem.

Herbam artemisiam tagantes tunsam et cum oleo bene subactam inpone, mirifice sanat.

4. Ad pedum dolorem, si quis grauiter uexatur.

Herbae artemisiae radicem ex melle dabis manducare; item cenato, purgabitur, ut uix credi possit tantam uirtutem eam habere posse.

5. Si quis febribus uexatur.

Herbae artemisiae sucum cum oleo rosacio perungues, febres tollet.

Hanc herbam si confricaueris, laseris optimi odorem habet.

α: ***L*** (***Ha V***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***Vo***

1 artemisia (minor) tace. tes *L* 2 et stranguiriam *om. γ* 3 sucus eius *L* potui dato *om. γ* 4 in aqua *γ* scripula duo *γ* scripulos duos et uini cyatos duos dabis bibere non febricitanti, febricitanti autem (uero *Vi*) in aqua calida cyatos duos potui dabis *β* 6 tundis *βγ* aceto subigis *β* 7 inponis *L* inponis et ligabis *β* inponens alligabis *γ* 8 et tumores *L* uel tumorem *om. β* tremorem *Vo in tit. morb.* 9 tagantes *om. L* tagantis *Ha V* et *om. γ* 11 uexabitur *βγ* 12 manducare post caenam liberabitur ut *β* 13 posse *om. βγ* 16 Hanc *etc. om. β* contriueris *γ* *Synonyma classis β (conf. Diosc. II 125, 11)*: Omoeos crisantemis, Aegyptii nym, Romani tanium (*ῥάνιουμ Diosc.*), alii tanacitam, alii tanacipam *(conf. codd. Diosc.: τερτανάγετα [Wellmann ἕρβα Διανάρια], οἱ δὲ ἀρτεμίσιαμ)*



XII. HERBA ARTEMISIA LEPTOFILLOS

1. Ad stomachi dolorem.

Herba artemisia tunsa, cum oleo amigdalino bene subacta, more malagmae inducis panno mundo et inponis, quinto die sanabitur; et si fuerit eius artemisiae radix super limen aedificii suspensa, domui ei nemo nocebit.

2. Ad neruorum tremorem.

Herbae artemisiae suco cum oleo rosacio mixto perungues eos indesinenter et tremulis omne uitium tollit.

Nascitur circa fossas et aggeres. Flosculum eius si contriueris, samsuci odorem habet.

Nam has tres artemisias Diana dicitur inuenisse et uirtutes earum et medicamina Cironi centauro tradidit, qui primum de his herbis medicinam instituit. Has autem herbas ex nomine Dianae, hoc est artemisiam nuncupauit.

α: ***L*(*Ha V*)** *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***Vo***

1 leptofile danaetina *L* 3 herbam artemisiam leptafilos (-lum) *β* tunsa et *L* more malagmatis *Ha V Vi* uelut malagma *B* 4 malagmae inpones *γ* 6 ei *om.* *βγ* 7 neruorum dolorem *β* 8 herba artemisia cum oleo rosacio mixtum *L* eos desinet (dolor et *Vi*) tremor et omnem *β* eo desinentes tremuli et omnem *γ* indesinenter se tremuli et omne *L* 10 circa fossas uel circa saepes uel aggeres (in aggeribus *B*) *β* flos eius uel folia *β* 12 uirtutem eorum *L* 13 primus *β* 14 stituit *γ* 15 artemisiae *Ha V β* artemisia *γ*



XIII. HERBA LAPATIVM

1. Ad paniculam, quae in inguine nascitur.

Herba lapatium, contundes eam cum axungia, ut duplo sit quam herba, et bene mixtum facies turundulam et inuoluis in folium coliculi et mittis eam sub cinus calidum, et cum caluerit, tunc inponis super paniculam et panno ligabis. Hoc eximium est et optimum.

Nomina herbae.

Romani rumicem dicunt.
Nascitur locis sablosis et aggeribus.

α: ***L*** *(mutil. ab initio)* ***Ha V*** *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***Vo***

2 panicula *Ω pr. Vr* paniculas *Vr* nascuntur *Vr* 4 in folia culi *γ* 5 mittis illud *β* 6 hoc eximium remedium est. Ipsa autem herba aperiet uulnus et ad cicatricem perducit mire *γ* est optimum *L* 8 Romani *etc. om. L* Herba lapatium, quam alii draumicem (drumicem *V*) uocant *Ha V* Romani rumicem dicunt, profetae ema Tyfonos, Aegyptii etitus (aetitus *Vr ἐπτίς Diosc. I 188, 8*), Punici rumicem dicunt *β conf. Diosc. I 188, 7 sqq.* 8 aggeribus uel aquosis uel circa fossas *Vr Vi* aquosis uel hortis uel circa fossas *B* aggeribus et pratis *γ*




Cod. Vindob. lat. 93 (cl. β)



Cod. Add. 17063 (cl. α)




Cod. Harleian 4986 (cl. α)



Cod. Harleian. 1585 (cl. β)




Cod. Dioscuridis Constantinop. Vind. med. gr. 1



Editio Io. Phil. de Lignamine (cl. α)

HERBA DRACONTEA

(Imaginem cl. γ uide pag. 47)



XIV. HERBA DRACONTEA

1. Ad omnium serpentium morsus et aspidis.

Herbae draconteae radix ex uino trita, tepefacta, dabis potionem, uenena discutit.

2. Ad ossa fracta in corpore.

Herbae draconteae radix cum axungia pisata, factum quasi malagma, mox ossa fracta de corpore educit et lepidas extrahit.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur dracontea, alii Asclepias, alii Pitonion, alii †anchomanes, alii †sanchomaton, alii aris(?), alii aron(?), alii †seeon, alii

conf. Ps.-Theod. p. 300, 28

α: ***L*** **(*Ha V*)** **β**: ***Vr Vi B*** **γ**: ***Vo***


2 Ad omnium aspidum morsus ecneumon *γ* aspidis *α B Vo in tit. morb.* 3 dracontea *uel* draconthia *α* dragtea *uel* dra(n)contea *Vi* draguntea *B* dragontea *γ* et tepefacta *L* 4 Nomen serpentis aspis *Vi supra imag. serp.* Nomen serpentis sipedon *Vi infra imag. serp.* 6 cum axungia inposita *β* 7 lapides *Ha V* lupidas *γ* 9 fyrtonion *L* pitonion *β* pyrtonion *γ* anthomanes *β* ancomanes *γ* 10 panchromaton *β* alii afrissa *Ω* theonion *αγ* therion *β* οἱ δὲ ἄρον, οἱ δὲ ἀρίς *Diosc. I 233, 22* seon *L* seheon *Ha V* seeon *om. β*

dorcadion, profetae . . . Tifonos, alii corcodrillion, alii . . ., Ostanes . . ., Zoroastres theriofonon, Aegyptii eminion, Itali dracontea.

Draconis sanguine nata fertur esse dracontea. Nascitur in montibus summis, ubi sunt luci, maxime locis sanctis, terra Apulia super saxis, tactu molli, gustu dulci, tamquam castanea uiridis saporem habens, radix eius ima caput draconis habet.

Legis eam mense Iulio.

11 corcodrillion *om.* β alii ostanes *Lγ*, β *u. infra* 12 terifonon β aeminon *L* *post* therion β: alii cronicae *Vr* cronice *Vi* croniace *B*, alii augyon *Vr* augion *ViB*, alii lycion, alii lycorcon *Vr* lycoscon *Vi* lycon *B*, alii lycopsolon, alii dorcadion, profetae ezecontas *Vr* ececontas *ViB*, Ostanes tyfonos. *Reliqua synonyma cod. Vr:* Zoroastres terifonon, Aegyptii eminion, Romani columbinam, Itali draconteam, alii oricla asinina, Libii adrizafot, Daci adila. *Rel. syn. cod. Vi:* Zoroastres ypnoticon, Aegyptii terifonon, Romani eminion, Itali columbina, alii dracontea, Libii oricla asinina, Daci azirafot. *Rel. syn. cod. B:* Romani columbinam, profetae tifonos, Itali dragunteam, quidam serpentinam, quidam serpentinariam, Ostanes ipnoticon, alii auriculam asininam, Zoroastres terifronos, Libii azırafroth, Aegyptii eminion, Daci adila. 13 Draconis *usque ad* dracontea *om. L* Herba dracontea draconis sanguine *HaV* de draconis γ fertur esse, unde dracontea uocatur β in *om. L* montibus sunt luci γ 15 gustu mordaci radix β gustatu γ castaneam uiridem *L* castanea uiridem γ 16 draconis habens *αγ* 17 *post* Legis *lacuna in L* mense iunio uel iulio β *post* Iulio: haec autem herba mira utilis est γ



XV. HERBA PRIAPISCVS

1. Ad ulcera difficilia uel cicatrices.

Herbae priapisci radices tundis et inponis, expurgat et cicatrices curat.

2. Ad lippitudinem oculorum.

Herbae priapisci suco oculos inunguis et lippitudinem et dolores tollit sine mora.

3. Si quis ad mulierem non potuerit.

Herbae priapisci radicem, sed et testiculum dextrum, qui maior est, teres eum, et piperis grana XLVII, mellis uncias IV, in uino optimo medicamen soluis et pondus scripula IX per triduo sumes.

8 Ps.-Theod. p. 347, 7

α: ***L*** (***HaVOrib.***) *β*: ***Vr ViB*** *γ*: ***Vo***

2 Ad uulnera difficilia *βγ* 3 radices tunsae et inponis et repurgat *L* radix tunsa inponis et repurgat *HaV* radix tunsa et inposita uulnera expurgat *β* cicatricem *γ* 5 lippitudines *L in tit. morb. γ Orib.* 6 sucum inungues *L* sucus cum melle optimo inungis *β* 10 teris cum piperis albi granis XLVII, ut in se habeat dimidiam semiunciam, et herbam suprascriptam (et) mellis uncias IV *β* mellis uncias IV *om. L* 11 et per triduo sumat, affectabitur *Vr* et per triduum hoc medicamentum accipiat, mulier affectabitur *Vi* et per triduum sumtum ad mulierem affectabit continuo *B*

Nomina herbae.

A Graecis dicitur satirion, alii cinos ⟨orchis⟩, alii entaticon, alii eritronion, alii Panion, alii Serapion, alii orchis, Aegyptii mene, Galli ura, Itali priapiscus, alii testiculos.

Nascitur in montium radicibus, locis solidis et pratis et maritimis. Legis eam mense Iulio.

13 gynos *αγ* cynocoron *β* κυνὸς ὄρχιν *Diosc. II 136, 13* antaticon *Ω* 14 ἐρυθρόνιον *Diosc. II 138, 14* Panion *om. β* sarapias *β* Siculi orchis, alii testiculum leporis *β conf. Diosc. II 138, 16* neme *β* 16 in montium radices *L* in montibus locis *βγ* 17 Legis *etc. om. β*



XVI. HERBA GENTIANA

1. Ad serpentium morsus.

Herbae gentianae radicem siccam et in puluerem redactam, pondus dragmam unam dabis in uino ciatis III, sumptum ualidissime proderit.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur aloe Gallica, alii gentiana, alii narcin, alii Cironion, Dardani aloitis, Romani gentiana, alii comitialem.

Nascitur Gemellis montibus. Haec herba facit ad omnia antidota, tactu molli, gustu amaro, scapo solido.

α: ***L*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***Vo***

3 radicem suam *L* 4 ciatis III potui ualidissime *β* 5 proderit. Herba haec et animalia curat *γ* 7 alon gallicae *αγ* alum gallicum *β* *ἀλόη Γαλλική Diosc. II 4, 17* necepromion *L* necenpronion *Ha V* nicispromion *β* nececpronion *γ* *οἱ δὲ νάρκη, οἱ δὲ Χειρόνιον Diosc. II 5, 18* 8 dardanos *αγ* dardanon Tusci aloitis *β* *Δάρδανοι ἀλοῖτις Diosc. II 5, 18* alii gentiana *αγ* 9 gemellis (= *τὰ Δίδυμα ὄρη Strabo 14, 647?)* ad *om. L* 10 gustatu *α* scapu *L* scapo solido *om. Ha V* caput solido *βγ* Nomen serpentis aconitis *γ* *iuxta imaginem*



XVII. HERBA ORBICVLARIS

1. Ad caput deplendum.

Herbae orbicularis sucus ciatus unus et acetum optimum in naribus mittitur.

2. Ad alvum concitandum.

Herbae orbicularis collirio facto et iniecto catarticum est.

3. Ad splenis dolorem.

Herbae orbicularis sucum ciatum unum et aceti optimi cocliaria V, diebus continuis IX potui dabis, miraberis effectum.

Item radix eius in collo suspensa, ut contra splenem pendeat, efficaciter medetur. Nam et ciclaminis suco quisquis anum tetigerit, mire celeriter alui solutionem experietur.

7 Marc. XXIII 26; Ps.-Theod. p. 323, 7

α: ***L*** (***Ha V Orib.***) β: ***Vr Vi B*** γ: ***Vo***

3 Herba orbicularis in naribus mittitur *Ha V* sucum ciatum I *L* $\beta\gamma$ 4 mittitur, mirabiliter proficit β 5 albeum γ 8 Herba $\alpha\gamma$ sucus *Vr Vi* suci *B* 9 effectum *om.* γ 11 sucum Ω si quis β 12 mira celeritate aluei β albei solutionem significat γ

Nomina herbae.

A Graecis dicitur ciclaminos, alii cissantemon, alii cissofillon, alii chelonion, alii Cillena, Zoroastres stimfalitis, Ostanes asphet, profetae maalpha, Aegyptii palalia, alii thiteo, Itali terrae malum, alii orbicularis, alii rapum terrae, alii rapum porcinum, Syri clargia.

Nascitur locis cultis et montuosis.

Legis eam omni tempore.

14 chireron, alii ancionia *L* ciseron, alii anthimon *HaV* alias chiseron, alias anthemon *Orib.* cesarom (-n), alii anthion *β* κισσάνθεμον *Diosc. I 228, 15* cassofillon *Ω* κισσόφυλλον *Diosc. I 228, 15* 15 chedenon *L* cedonion *Ha* cetonion *V* chelonion *Orib.* chedonion *βγ* χηλώνιον *ita codd. Diosc, Wellmann falso* χελιδόνιον Zoroastres cheliena *L* Zoroastres chellena *HaV* Cillena *om. βγ* οἱ δὲ Κυλλήνη *Diosc. I 228, 16* alii stimpantes *L* alii stymplates *HaV* stimpaitos *β* Xoroastres stympaites *γ* στυμφαλῖτις *Diosc. I 228, 17* alii Ostanes *Ω* asphaet *L* aspeht *HaV* ’Οσθάνης ἀσφώ *Diosc. I 228, 17* 16 maalpha *L* Aegyptii maalpa *HaV* Tusci mahalpa *β* προφῆται μυασφώ *Diosc. I 228, 17* Aegyptii palalia *L* Itali palalia *HaV* Aegyptii patalia *β* Aegyptii palalia *om. γ* Itali thiteo *L* alii tithoc *HaV* thiteo *om. βγ fortasse* = Αἰγύπτιοι θέσκε *Diosc. I 228, 18* 17 alii malum terrae *L post* clargia malum terrae *om. HaV* Romani terrae malum *β* Itali orbicularis *β* 19 Legis *etc. om. β*



XVIII. HERBA PROSERPINACA

1. Ad eos, qui sanguinem reiciunt.

Herbae proserpinacae sucum cum uino optimo austeri sine fumo tepefactum ieiunus bibat per dies IX, miram rem experieris.

2. Ad lateris dolorem.

Herbae proserpinacae sucum cum oleo rosacio saepius perungues, dolorem tollit.

3. Ad mamillarum dolorem mulierum, quae lactem habent et tumorem.

Herba proserpinaca tunsa et cum butiro subacta, inposita discutit mire dolorem et tumorem tollit.

4. Ad oculorum uitia uel dolores.

Herba proserpinaca, uadis ad herbam ante solis ortum uel occasum et circumscribis eam cum anulo aureo et dicis tollere te eam

α: **L(*Ha V Orib.*)** β: ***Vr Vi B*** γ: ***Vo***

3 proserpinacia β *ubique* austere *L* austero potui sine γ 4 experietur *L* 6 roseo β 7 tollit mire β 8 dolorem, qui lactem β mulieris, qui lactem α mulierum dolorem, qui lacte non habent γ 10 tunsa et inposita, cum butiro subacta, inposita discutit $\alpha\gamma$ tunsa et inposita, cum butiro subacta discutit β 11 dolorem mire γ tumores β 13 Herbam proserpinacam adprehendis ante β radis ad γ 14 de anulo β dicis tollo te, remedium oculis est *Ha V* dicis precem, quae in capite scripta est β

remedium oculis; uadis ibi postero die ante solis ortum, sublatam circumdabis collo, proficiet diligenter.

5. Ad aurium dolorem.

Herbae proserpinacae sucus tepefactus et auribus stillatus dolorem mirifice discutit, etiam ipsi experti sumus. Potenter proficit, ut et ulcera quoque aurium sanet.

6. Ad disentericos.

Herbae proserpinacae sucus foliorum, cum aqua calida potui dabis quantum tibi uidebitur, sanus efficitur.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur poligonos, alii cinocalce, alii poligonatos, alii aspaltion, alii policarpon, alii carcinetron, alii echinopodion, alii mirtopetalon, Aegyptii zeclias, alii thepin, alii setempin, profetae gonos eroos, alii onix mios, Romani sanguinaria, Itali proserpinaca, alii †statunaria, alii serutum, alii scorpinacem.

Nascitur ubique locis cultis et aggeribus.

Legis eam aestiuo tempore.

17 Marc. IX 21; IX 81

15 ad remedium oculorum *γ* postriduo *L* 16 et tollis eam et circumdabis collo *β* 18 aure *V* in aure(m) *β* instillatus *γ* 19 etiam *om. β* sumus (et) ulcera quoque aurium sanat *β* 22 foliorum *om. β* 23 tibi placet, sanus efficitur Legis eam mane prima ante solis ortum die Iouis *γ* 25 chimoschame *L* cimoscame *HaV* cymosuam *β* *κυνοχάλκη Diosc. II 171, 8* 26 carcineton *αγ* carcetrum *β* *καρκίνηθρον codd. Diosc. II 171, 10* *καρκίνωθρον Wellmann* crinopodion *Lγ* erinopodion *HaV* quinopodion *β* *κνοπόδιον uel κνωπόδιον codd. Diosc.*, *κορνοπόδιον Wellmann II 171, 11* 27 Aegyptii miretopetalon *β* zaccias *L* zaclia *Orib.* zecias *γ* *ζαριθέα codd. Diosc.*, *ἀριθέα Wellmann II 171, 11* *post* zeclia *β*: alii megalion (*πηδάλιον Diosc. II 171, 11*) tefin *β Orib.* thepin *om. γ* *θεφίν Diosc. II 171, 12* profetae setempin *Lγ* omoeos Aegyptii pemfie *β* *στεμφίν Diosc. II 171, 12* gonosereno *L* gonoseronos *β* *post* gonoseronos *β*: Punici zunzur 28 oximius *Lγ* oximios *HaV* onix mios *om. β* *ὄνυξ μυός Diosc. II 171, 13* Itali sanguinaria *α* sanguinalis *β* *conf. Marc. IX 81, fortasse = σημινάλις Diosc. II 171, 13* proserpinaca *om. β* 29 statuniaria *L* statuniaria, alii miserouiuium *HaV* statonaria *β* statunaria *γ* 30 aggeribus uel pratis *β* 31 omni tempore *β* extibo tempore *γ*



XIX. HERBA ARISTOLOCHIA

1. Ad uim ueneni.

Herba aristolochia trita uel pisata, cum mero potui data uenenum uincit.

2. Ad febres acerrimas.

Herba aristolochia sicca, subfumigabis eum, tunc hilariorem facies; fugat et daemonia.

3. Ad fistulas.

Herbae aristolochiae radix purgata ex uino, teris et pastellum in

5 sqq. Versio Graeca in Diosc. II 8, ann.

α: **L** (***Ha V Orib.***)   *β*: ***Vr Vi B***   *γ*: ***Vo***

1 aristolochia, aristologia, austrelogia, aristolacia, aristolatia, aristocia *codd.*   3 trita *om. L* trita uel *om. HaV* trita uel pisata *Orib.* datur *L* dabis *HaV* dato et *Vi*   4 discutit *γ*   6 eum *om. γ* cum hylariorem faciem *L* facies infantem *β*   7 Infans si contristatus fuerit propter febres acerrimas, si febricitauerit, sic eum liberabis: Herba aristolochia, desiccabis abundanter et sub lecto subfumigabis, ubi infans languens iacuerit, summam salubritatem suscipiat (recipiet *Vr*) et daemonia et omnes incessiones auertit *Vi* *conmiscens cum cura 7, idem suprascript. in Vr*   9 Herbae aristolociae radix purgat et ad sanitatem perducit. Medici *Ha* radix purgatae factum medicamentum medici *γ* purgata et adposita (fistulas *Vi*) ad sanitatem perducit *β*

uulneribus inponis, expurgat et ad sanitatem perducit. Medici quoque sine ea succurrere non ualent.

4. Frigore exustis.

Herba aristolo.hia ex oleo cocta calefactoriam uim habet, et cum axungia porcina.

5. Contra serpentis morsum uel hominum.

Herbae aristolochiae radicem pondus denarii unius, uinum eminam, saepius bibitur, discutit uenenum.

6. Si infans contristatus fuerit.

Herba aristolochia subfumigabis, tunc hilariorem facies infantem.

7. Ad carcinomata, quae in naribus nascuntur.

Herba aristolochia cum cipero et draconteae semen cum melle inpositum emendat.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur aristolochia, alii adra riza, alii melocarpon, alii feuxicterus, alii Efesia, alii erectitis, alii pixinon, Dardani sopitis, Aegyptii sopoep, alii camemelus, Itali †opetes, alii terrae malum, Daci absentium rusticum.

Nascitur locis montuosis et solidis et cultis uel lapidosis.

10 Medici *seqq. om. V* 11 sine aeam *L* eam nichil curare possunt *Ha* eam nihil faciunt *βγ* succurare *L* 12 Ad frigore exustis *paene Ω* exuti(s) *α* 13 oleo usque ad calefactoriam uim habet cum axungia *α* uel cum axungia *β* 15 serpentium uel *β* 16 uini autem heminam simul decoque et saepius bibatur, discutit omne uenenum *β* discutit uenena serpentis *α* 19 facis *γ* 20 cancrinomata *Vrγ* canchinomata *Vi* canceromata *BVo in tit. morb.* 24 arariza *Lβ* asariza *γ* *ἀδρὰ ῥίζα Diosc. II 6, 12* melecarponia *L* melecarpon *βγ* *μηλόκαρπον Diosc. II 6, 12* 25 teuxitemus *Lβ* feuxicterus *om. HaV* teuxitimus *γ* *φευξίκτερος Diosc. II 6, 13* epesia *Lβ* epasia *γ* *Ἐφεσία Diosc. II 6, 13* elestites *Lγ* clestites *HaV* elestitis *β* *ἐρεχθίτης uel λεστῖτις codd. Diosc. pr. C, ἐρεχθῖτις Wellmann* pyxionas *L* pyxionis *VrVi* Ostanes perhixion *B* pyxionus *γ* *πύξινον Diosc. II 6, 13* alii dardano, Aegyptii zotites *L* alii dardanos, Aegyptii totites *HaV* Ostanes dardanus, alii iotitis *β* alii dardanos, Aegyptii iotites *γ* *Δάρδανοι σωπῖτις, Αἰγύπτιοι σοβοέφ Diosc. II 6, 13* 26 camelos *L* Siculi camemelus *β* Itali opetes *om. βγ* Itali terrae malum *βγ* 27 rusticum, alii scardia *β* 28 solidis *om. γ* lapidosis *om. β* Nomen serpentis iecis *γ iuxta imaginem*



XX. HERBA NASTVRCIVM

1. Ad caput deplendum.

Herba nasturcium, naribus inicis, caput deplet.

Hoc nasturcium non seritur, sed ab se nascitur circa parietibus imis.

2. Ad capitis uitia uel porrigines uel furfures.

Herbae nasturcii semen mixtum, cum adipe anserino tritum ablutione furfures ex capite eiciet.

3. Ad cruditatem.

Herbam nasturcium et puleium ex aqua decoctum bibere dato, emendabis, et discutit cruditatem.

6 Plin. XX 129; Marc. IV 16 10 Marc. XX 79

α: ***L*** (***HaV***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***VoC*** *(a cura 3)*

3 Herba nasturcium sucu in naribus *γ* 4 *loco* Hoc nasturcium *sqq.* *β*: Legis eam mense Martio sed ipse nascitur ubique *γ* circa ima parietum *HaV* 6 uel feruores *L* 7 albutionem *L* albitionem furfuris *HaV* caluitiem *β* caluitionem *γ* ablutione *Torinus* assidua lauatione *Marc. IV 16* 8 furores ex *L* de capite *β* 10 cum puleio in aqua decoctum (-am) dabis bibere, discutit (omnes cruditates *Vi*) *β*

4. Ad strumas.

Herba nasturcium cum lomento tritum, super strumas inponis superposito folio oleris.

5. Ad furunculos sanandos.


Herba nasturcium cum fermento inponitur, coquet, mire sanat.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur cardamon, alii cinocardamon, alii Iberis, alii cardamina, Aegyptii semet, Itali nasturcium.

12 Plin. XX 127; Marc. XV 78

13 tritum *om. L*   inponis cum folio *γ*   oleris, strumis resistit *Vr Vi*   oleris, refrigeratorium est *B*   16 inponis et decoquitur, mire (furunculos *Vi*) sanat *β*   inponitur, coctum mire sanat *γ*   mire sanat *om. L*   18 cardimonium *L*   onocarnamon *γ*   (h)iberes *α*   19 cardonina *L*   Aegyptii cynocordamum, Itali semen nasturcium *L*   Aegyptii cinocardamum, Punici cusmin, Romani nasturcium *Vr*   alii cianocardamon, Aegyptii semper, Itali nasturcium *Vi*   Aegyptii cinocardamum, Punici cusunti, Romani nasturcium *B*   Aegyptii cyanocardamon, Itali semen cardami *γ*



XXI. HERBA HIERIBVLBVM

1. Ad articulorum dolorem.

Herba hieribulbum, adipem caprinum, oleum libras II, in se pisatum et conmixtum, uteris, dolorem tollit.

2. Ad lentigines in faciem si mulier habuerit.

Herbam hieribulbum, radicem cum lumento lupinacio conmixtum, mulier si faciem lauerit, lentiginosam statim purgat.

Nascitur ubique circa saepes, locis sordidis.

α: ***LCa(HaV)*** β: ***VrViB*** γ: ***VoC***

12 Herbae strignos cum mastice mire facit β 13 fluat β 14 Herbae strignos suco in lana intingat et nares sibi obturet, mire restringit sanguinem β linteolum madidum nare subforet *Ha V* 16 *praeter* uuam lupinam *non habent synonyma ViB*, *ultima quattuor synonyma habet Vr* strignos, alii caccabos *Ca* ἁλικάκκαβος *Diosc. II 231, 12* Αἰγύπτιοι ἀληλώ *Diosc. II 228, 8* Latini scopolam *Vr* Γάλλοι σκούβουλουμ *Diosc. II 228, 8* 17 coculum α alii cucullum *Vr* κακουβαλούμ *codd. Diosc.* κουκούβαλουμ *Wellmann II 228, 8* solam *Ca* solatim *Vr* Galli uuam caninam *Vr* alii uuam lupinam *ViB* *Additam. codd. interpol. ad syn.:* Graeci strigunon, meron (ἥμερον *Diosc. II 228, 7*), betrihonoius, anitronitron, agria stafyle, thallia, manicon, persicon, mantis, dorigenion, moly, profetae apoenteru (apuenteru), Latini bellonaria, fatica (uatica), Apollinaria, somnifera, strumum, Aegyptii alecho (aleco), squibalon. 21 proba cum senueris, alia caccatios *Ha V* 23 sopotrum et est *Ha V* 25 leni *Ha V* 27 melanu *Ha V* anitron *Ha V* 28 somnifica frutex est nascitur in petrosis locis ramos *Ha V* 29 stipticosos difficili ore fragiles *Ha V* 30 floris plenos ut mala citonia rubris et non *Ha V* 34 *falso translatum ex Diosc.* 35 planta isferas *Ha V*



LXXVI. HERBA SENECION

1. Ad uulnera quamuis uetustissima.

Herba senecion tunsa et subacta cum axungia uetere, in plaga inposita sanat uulnera.

2. Si quis ferro percussus fuerit.

Herba senecion si mane ad horam sextam collecta fuerit et tunsa cum axungia uetere et in plaga inposita, plagam aperit et expurgat. Item si eam simili modo post meridiem colligas et cum axungia item pises et misceas, inposita plagae cludit et persanat.

α: ***M Ca*** (***Ha V Orib.***) β: ***Vr Vi B*** γ: ***Vo*** *(mutilatus)* ***C***

1 senacion *Ca passim* 3 uetere inposita sanat β uetere sanat γ 5 *loco huius curae habet* β *has duas curas:* 2. Si quis ferro percussus fuerit. Herba senecion tunsa cum axungia uetere sine sale et factum quasi cerotum et plagae inpositum facillime uulnus ad sanitatem perducit. 3. Ad omnes incatesmas. Herba senecion tunsa ut supra (et) inposita omnes incatesmas mire curat. Item si eam simillime post meridiem colligas et cum axungia idem pises et misceas, inposita aperit uulnus et persanat. senecion circa ora sexta collecta et tunsa γ fuerit *om. M* 7 plagam *om.* γ aperit et persanat γ 8 similiter modo *M* meridiem cum axungia idem *Ca*

3. Ad pedum tumorem uel dolorem aut idem neruorum.

Herba senecion tunsa cum axungia et inposita pedum dolorem sedat uel neruorum potentissime.

4. Ad stomachi dolorem.

Herbae senecionis flosculi cum cariota bene subacti, ut sit malagmae genus, inpositum in stomacho summe dolorem sedat.

5. Ad lumborum et coxarum dolorem.

Herba senecion per se ieiuno potui data ualidissime prodest.

6. Ad podagram.

Herba senecion trita cum sale, ut sit genus malagmae, adposita pedibus prodesse dicitur.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur gerontea, alii erigeron, alii †ydosgeros, Tusci odia, Itali senecion.

Nascitur in tectis et circa parietibus.

Interpolationes ex Diosc. II 254,1 sqq.

Tyrsum habet cubitalem, rubrum cum tenuibus foliis, leuiter in summitate scissis, et floribus nigellis, primo tempore celeriter scissis ac florescentibus summo tenus, uelut in canis, quos Graeci pappos appellant, nos auos uocare possumus. Denique erigeron Graece nominatur, quod uerno tempore canescat eius flos; ac tenuiter tamquam capillatura habet radicem tenuem atque inutilem.

10 Ps.-Theod. p. 305, 33 13 Ps.-Theod. p. 325, 18 18 Marc. XXXVI 9 29 Isid. XVII 9, 52

10 tumorem uel pedum dolorem γ 11 et posita *M* 14 floscoli . . . lum cum cariota *M* cariota contere ut sit β 15 stomachi dolorem tollit β 16 uel γ 17 senecion pisata ieiuno β senecion tunsa, sucus eius in uino potui γ 19 senecion tunsa $\beta\gamma$ ut siue sit *M Ca* opposita *Ca in M abscissum* inposita pedibus $\beta\gamma$ 20 aeque proficere dicimus β proficere creditur γ 22 recontea β gerontea *om.* γ erigeron *uel* edigeron *Ha V* erigeron, alii eliofon β aelieron γ ἠριγέρων *Diosc. II 254, 14* ydosgeros *Ca* ydrogeron *Ha V* sciogeros *uel* seioceros β ydogeros γ 23 dia *Ca Ha V* Punici labonsolo *Ha V* 24 parietinas *Ca Orib.*



LXXVII. HERBA FILIX

1. Ad uulnera.

Herbae filicis radicem contritam, uulneri adpositam, argimoniae dragmas II, cum uino potui si dederis, mox sedat dolorem.

2. Ad ramicem pueris.

Herbam filicem, quam in radice esculi arboris inueneris, tunde eam cum axungia et panno induc; cum inposueris, fasciam sursum uersus ligabis, quinto die sanabitur.

3. Ad dolorem femorum uel surae.

Herba filice fumigabis loca.

Item infantem languidum si ex ea fumigaueris, facillime conualescit.

Alii pterigion dicunt.

α: ***M Ca* (*Ha V Orib.*)** *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

3 felicis *βγ* contritam in uulnus mittis et argimoniae *β* tunsam inponitur et herbae argimoniae *γ* argimonitidis *α* 4 potui dabis, mire facit *β* potui datum mire facit *γ* 5 puerorum *β* 6 filicem si in escli arboris (arborem *β*) inueneris *βγ* tundis *βγ* 7 duc *M* inducis *βγ* inducis et inponis et de fascia *β* cum inposueris *om. γ* fasciam sursum uersus *om. Ca* 8 sanabit quinto die *M* sanabitur quinto die *Ca* quinto die sanabit *γ* 9 *totam curam om. M* surarum *Ca* sude *β* 10 Herba filice *om. γ* subfumigabis *β* 11 si *om. γ* conualescet infans *β* 13 perion *Ca* perigion *Ha V* pterineon *Orib.* pterigion *β* terigion *γ*



LXXVIII. HERBA GRAMEN

1. Ad splenis dolorem.

Herba gramen, decoques eius florem et in panno linis et inponis in splenem, sentiet beneficium.

2. Ad epiforas oculorum.

Herba gramen, quod in se trifurcum habet, nam in plura diuiditur, decrescente luna sublatum, quam plurimum repositum habeto, deinde unum ex his lippire incipienti ad collum ligato, celeriter inpendentem epiforam discutere creditur.

5 Marc. VIII 24

α: ***Ca*** *(mutatis curis)* (***Ha V Orib.***) β: ***Vr Vi B*** γ: ***C***

3 Herbae graminis *Ω* decoquis et cum eius flos teris et in panno *β* decoquis, teris et in panno inducis *γ* inposito *Ca* 4 mox sentiet *β* 6 trifurcium *β* nam ei plura *γ* 7 sublatum teres et in potione dabis cum uino bibere, deinde *Ca* sublatum plurimum uelis habere repositum, deinde *Orib.* sublatum quantum uolueris *β* sublatum quae plurimum repositum habe *γ* sublatum quam plurimum repone *Marc.* 8 habeto diligenter ex his lippis incipientibus *β* in unum ex his lippire incipienti collo ligatum *γ* incipientibus ad collum ligatum *β* ligato et *Ca* 9 celeriter epiforas *Ca* inminentem epiforam *Ha V*

Nomina herbae.

A Graecis dicitur agrostis epamelotos, alii aegicon, alii amaxitin, Aegyptii anuspe, Daci parthia, Itali gramen, alii assefolium, alii uiniola.

Interpolationes ex Diosc. II 192, 1 sqq.

Agrostis foliis parui calami similibus atque uirgultis per terram serpentibus, geniculosis, radicibus geniculatis, dulcibus atque uulnerum uirtutis glutinatiuae; harum decoctio potui data urinam mouet. Est et alia, quae calamagrostis appellatur, maior supradicta, hoc est agrosti, sed est melior in Parnasso nata, cuius flos urinam conmouet et eius radicis sucus acuit uisum.

11 agrostis enpatitopo *Ca* agrostis enpaticon *Ha V* *tantum* agrostis *βγ* *ἄγρωστις ἡ ἐπαμήλωτος Diosc. II 192, 9* esycon *Ca* argicon *Ha V* egigon *βγ* *αἰγικόν Diosc.* emaxtim *Ca* Aegyptii amaxitin *γ* *ἀμαξῖτις Diosc.*
12 anusphae *Ca* anusfe *Ha V* Daci anuspe *βγ* *ἀνουφί Diosc.* alii parthia *β* alii percia *γ* *Σπάνοι ἀπαρία? Diosc.* Itali gramen asefolium *γ* *ἀσιφόλιουμ Diosc.* Punici dicunt ibbal *β* *Ἄφροι ἰεβάλ Diosc.* 15 paruis *Ha* parui *om. V* 18 agrostin *Ha V*



LXXIX. HERBA GLADIOLVM

1. Ad uesicae dolorem et ad eos, qui urinam non faciunt.

Herbam gladiolum effodies et siccato cortice radicis eius contérito et addito in uino ciatis II, aquae ciatos IV coniunges et sic potabis.

2. Ad splenis dolorem.

Herbam gladiolum maturissimam lectam, siccatam et pistatam et in puluere mollissimo redactam et uino lenissimo, id est inertitio, mixto puluere, potui datum mire creditur splenem siccare.

3. Ad coli dolorem uel praecordiorum.

Herbae gladioli bacas tritas ex lacte caprino, melius si asinino, tepefactum dato bibere, desinit dolor.

α: ***MCa (HaV Orib.)*** *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

2 et eos *MHaV* uel ad eos *βγ* 3 conteris *β* 4 addito uini ciatos II *γ* et aquae ciatos IV inmisces (inmiscebis) *β* aquae ciatos III *Ca Orib.* aquae ciatos IV *HaV* coniungis *γ* 5 potui dabis *β* potum dabis *γ* 7 maturissime *β* pistatam in *M* pisatam *Ca* et pistatam *om. βγ* 8 mollissimo *om. γ* redactam in uino leuissimo mixto, potui datum mire dicimus splenem *β* redacta in uino leni mixto *γ* 10 Ad coli et praecordiarum dolorem *MCa* 11 et lacte *MCa* ex lacte *HaV Orib.* cum lacte *βγ* si asinae fuerit *β* si asinae *γ* 12 dolorem *γ*

Nomina herbae.

A Graecis dicitur iris agria, alii xiris, alii macrofillon, Itali gladiolum, alii lingua ceruina.

Interpolationes ex Diosc. II 186, 5 sqq.

Xifion siue ut alii fasganion, xifion, anactorion, Areon, Latini gladiolum, segetalem, foliis gladio similibus, tyrso cubitali, floribus purpureis, radicibus duabus, paruulis, rotundis, altera in altera nata, quarum superior maior est et acrioris uirtutis.

18 Isid. XVII 9, 83

14 *loco primi synonymi β*: A Graecis dicitur xifion xifion *HaV alio loco* *ξιφίον Diosc. II 185, 16* iris africa *MCaγ* irin libicen *HaV* iris africae, Punici zubbal, alii (Aegyptii) erasion, Aegyptii (alii) xiris *β* *ἶρις ἀγρία Diosc. II 186, 12* xyres *Ca* xyris *HaV* *ξυρίς Diosc.* macerofillon *αγ* Siculi macerofillon *β* 17 fasganon, xifion, anactaron agrion *Ha*



LXXX. HERBA ROSMARINVM

1. Ad dentium dolorem.

Herbae rosmarini radix conmanducata dentium dolorem sine mora tollit; sucum eius super dentem si tenuerit, mox sanat.

2. Ad languentes.

Herba rosmarinum trita cum oleo, languidum perungues, mire sanabit.

3. Ad pruriginem.

Herbam rosmarinum conteris et sucum eius cum uino ueteri et aqua calida per triduo bibat.

8 Marc. IV 27

α: ***Ca*** *(**Ha V Orib.**)*   *β*: ***Vr Vi*** *(omissis curis 3-5)* ***B***   *γ*: ***C***

4 tollet *Ca* tollit sine mora *βγ* sucum eius si *Ha V Orib.* uel si sucus eius inter dentes tenuerit *β* et si suco supra dentes tenuerit *γ* tenueris *Ca Orib.* 5 Ad languidos *βγ* 6 Herbae rosmarini radix conmastigata trita *γ* perunguis, mire sanat *βγ* 7 sanabis *Ca* 8 pruriginem in corpore *β* 9 rosmarinum tritum sucus eius *βγ* 10 dabis bibere *uel* da, ut bibat *β*

4. Ad eparis dolorem uel interaneorum.

Herbae rosmarini fasciculum concidis ex aqua, adicis illi amomum pusillum aut spicam nardi et palmulas duas, rutae caliculum, in se coque et aquam earum dabis bibere, sanus fiet.

5. Ad tussim.

Herbam rosmarinum cum pipere et melle teris et facis pastillos et dabis unum mane et unum sero, cum dormitum uadit, tussem sedat.

6. Ad interaneorum dolorem.

Herbam rosmarinum uiridem aut aridam dabis ut supra.

7. Ad albuginem in oculis.

Herbae rosmarini cinerem conmisces cum melle Attico et inungues.

8. Ad uulnera recentia.

Herba rosmarinum contusa, cum axungia inposita optime facit.

9. Ad tertianas.

Herba rosmarinum contusa, in calida aqua potui dabis sub accessionem.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur libanotis, alii icteritis, Itali rosmarinum, Punici zibbir.

Nascitur locis marinis et hortis; antequam tus sciretur, de hac herba homines deos placabant.

Interpolationes ex Diosc. II 85, 9 sqq.

Libanotis est coronalis a Sorano appellata, item ab aliis icteritis, quam Latini rosmarinum appellant, tenues nutriens uirgas, in quibus fo-

21 Marc. VIII 131

11 aut $\beta\gamma$ *Orib.* 12 illi *om* $\beta\gamma$ amulum $\beta\gamma$ 13 caliculos β decoque β coque, da bibere, sanus fiet γ 14 et inde aquam dabis bibere β eorum *Ca* earum *HaV Orib.* 16 cum piperis granis C, mellis unciis II, facis pastellos β et mel, facis pastellos γ 17 uadit, miraberis bonum effectum β uadet γ 19 *curam 6 om.* γ Ad interiorem dolorem β 20 uiridem aut puluerem β supra, mirifice facit β 21 Ad oculorum albumen si quis in oculum habuerit *Ca* Ad albuginem in oculis *HaV* Ad oculorum albugines *LVo in tit. morb.* Ad laborem in oculis β Ad albugines oculorum γ 22 rosmarini sucus conmisces β 25 contusa uel cocta cum *Ca* axungia optime γ 26 Ad frigore et tertianas *Ca* 27 contusam sub accessionem potui dabis β contusa potui dabis sub accessione, sanus erit γ aqua siue cum uino potui *Ca* accessione, liberabis eum *Ca* 30 libanotos *Ca* λιβανωτίς *Diosc. II 88, 15* deterites *Ca* icterites *HaV* $\beta\gamma$ ἰκτερῖτις *Diosc.* Afri zibir γ Punici zibbir *om. Ca* 32 uel hortis β hanc herbam *Ca* hac herba *HaV*

lia longa, tenuia, uiridia; alia est fructifera, quam etiam zeam Soranus appellat, siue †camedyosmon, cacrin oxean, campsanema, macarinten profetae, Daci dracontos, Aegyptii semen, Zoroaster theopnoen, Latini salutarem, folia feniculi similia, sed aspera et rotatim terrae prostrata et boni odoris, tyrso cubitali, furcoso, cum umbraculis in summitate, in quibus fructum siue semen plurimum album, angulosum ac resinam resapiens, cum fuerit masticatum, et feruorem conmouens — uocatur etiam cacri semen supradictum — radicem uero tenuem, formatam, turis odorem simulantem; alia infructuosa, quae in caeteris supradictae similis est, sed neque tyrsum emittit neque florem neque semen, uocatur etiam ab aliis psoranthemis, taurophthalmon, parthenion uel ut Aegyptii sacatos, item profetae aposplenos, afroselenos, Latini malum lentum, Tusci susinum. Alia numero quarta, quae similis est supradictis duabus, uocatur a quibusdam malabathron, †chefalitis, Latini ros terrae, Aegyptii nacosthon, profetae Dios pneuma, semen nutriens circulatum, nigrum, odoratiuum, non incendiosum, radicem interius habens albam, exterius nigram; sunt autem communiter omnes uirtutis feruentis acerrime, magis in radicibus.

40 Isid. XVII 9, 81

37 zela *Ha* zelo *V* 38 canne cliosmos *HaV* camedyosmos *Hummelberg* cacrioxea *HaV* copsanem *HaV* macerintbe *Ha* macerinte *V* 39 semen socoreas treste (tresthe *Ha*) opnum (obnum *V*) Latini *HaV* Zoroaster theopnoen *Hummelberg* 40 rotarum *HaV* rotatim *Isid.* 48 aprosplenos *V* hydroselinos *Hummelberg*



LXXXI. HERBA PASTINACA SILVATICA

1. Ad mulieres, quae a partu laborant et non purgantur.

Herba pastinaca siluatica cocta, de aqua eius se fomentet, sanabitur.

2. Ad purgationem mulieris.

Herba pastinaca cocta, cum eadem aqua, ubi cocta est, conmisce et dato bibere, purgabitur.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur stafilin agrian, alii †giger, alii eggon, alii udon aulion†, Itali pastinaca siluatica.


Nascitur locis saxosis et aggeribus.

Interpolationes ex Diosc. II 65, 20 sqq.

Alia est hortualis siue seminalis et uiribus imbecilla, alia agrestis, quae appellatur etiam a quibusdam ceras, eo quod cornu fingat, habet comam ut feniculus, tyrsum tenuem, asperum, in quo umbraculum et flores paruos, tenues, quorum in medio croceum germen, purpurei coloris, radicem bipalmem, robore digitali, odore iucundam.

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

2 *sub titulo curae 1 curam 2 habent omissa cura 1 βγ* 3 cocta et *Ca* 5 decocta *β passim* cum *om. γ* ubi decocta est, mittis grana piperis XXX, conmisce et da bibere, perfecte purgabitur. Facit autem, ut suprascriptum est, et ad dentium dolorem *β* 6 dato ei bibere *Ca* 8 agrion tasilon *Ca* agrion stafilinon *Ha V* *σταφυλῖνος ἄγριος Diosc. II 66, 14* gige *Ca* gyge *γ* cicer *Sangall. 751* engon *Ca* udonaulion, Punici siccansade *Vr* udonaulion, Punici siccanside *Vi* ceras *addunt Ha V* (*κέρας Diosc.*)



LXXXII. HERBA PERDICALIS

1. Ad podagram.

Herba perdicalis coquitur in aqua, et ex ea aqua fouebis pedes uel genua, deinde ipsam tunsam cum axungia inpones panno inductam in pedibus uel in genua, sanabit mire.

Alii muralem dicunt, alii parietariam.
Nascitur per parietibus aut macteriis aut aggeribus.

Interpolationes ex Diosc. II 245, 7 sqq.

Sed nomen sumpsit a perdicibus, siquidem ipsae ea aluntur. Vocatur etiam Heraclia, oesya agria et clybatis et polyonymos. Nascitur in turribus uel parietibus, habet tyrsos tenues, fructicosos, rubros, in quibus semina aspera et folia linozosti herbae similia, rotundiora tamen atque hirsuta et aspera, qualitate remordentia atque cohaerentia; est enim, ut Graeci aiunt, uirtutis stipticae, denique ad similes causas ac similiter ut arnoglossos herba adhibetur.

α: Ca (Ha V Orib.) ***β: Vr Vi B*** ***γ: C***

2 podagram aut onogram *Ca* podagram aut genagram *Orib.* 3 Herbam perdic ılis coquito *Ca* 4 tunsam *om. γ* inponis *γ* in panno *γ* panno inducto *βγ Orib.* 5 uel genua *Ca* genua, mire paregoriam praestat *γ* sanabis *Ca* sanabit mire *Ha V* sanabitur mirifice *β* 6 muralem, alii uitraria *β* *conf. βιτϱάϱιαμ Diosc. II 245, 16* parietaliam *Ca Orib.* *παϱιητάϱιαμ Diosc.* *Synonyma codd. interpol. ex Diosc. II 245, 13 sqq.:* Graeci perdicion, lisimachion, sideritis, elisine (*ἑλξίνη Diosc.*), chalcis, parthenion, helcine, polyonymos, Latini oriclaria (*καλικλάϱια Diosc.*), uiciolaria (ulciolaria *Ha*, urceolaria *Salmasius, Hyle iatrice 10b*), uitriaria, parietaria, muralem, paritalium (*παϱιητάϱιαμ Diosc.*) 7 Nascitur per parietes *β* Nascitur ubique circa parietes uel circa saepibus *γ* 10 ixinos agrion *Ha V* *οισειον uel ισειν codd. Diosc. corr. Wellmann* elebatis *Ha V sic et codd. Diosc.* 13 hirsuta est et *Ha V*



LXXXIII. HERBA MERCVRIALIS

1. Ad uentris duritiam.

Herbam mercurialem coques et tritam ex passo dabis, statim detrahet et stomachum purgat; nam semen eius tritum ex passo dabis, idem detrahet.

2. Ad menstrua prouocanda.

Herbam mercurialem admotam cum irino uel rosacio oleo, potui datam, mox prouocat.

3. Ad oculorum epiforas.

Herbae mercurialis folia cum uino albo ueteri inponantur.

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

3 coquis *γ* cum passo *βγ* detrahet uentrem et *β* 4 nam et semen *βγ* dabis, statim detrahet *βγ* 7 amotam *Ca* admotam *Ha V* admotam *om.* *βγ* cum oleo irino uel rosacio *βγ* 9 oculorum uitia *βγ* 10 mercurialem foueat cum uino *β* mercurialis bulliat in uino albo, ueteri, et in oculos inpone *γ* inponatur *Ca* inpone *Ha V* inponis *Orib.*

4. Si aqua in aures introierit.

Herbae mercurialis sucum tepidum in aurem stillatum, mox liberabitur.


Nomina herbae.

A Graecis dicitur linozostis agria, alii argiros, alii argiritis, alii parthenion, alii crisitis, profetae Hermu basilion, Itali mercurialis.

Interpolationes ex Diosc. II 336, 14 sqq.

Linozostis siue ut alii parthenion uel Hermu botane, frutex bipalmis, foliis ocimi similibus atque ramis inanibus cum furcis plurimis ac densis, et est femina maior, quae appellatur et thelygonon, Latine mercurialis, masculus uero uocatur mercurialis mascula, id est testiculata, et est minor atque rotunda et ueluti testiculis binis paruis circa exordium maturitatis ornata.

11 Si qua *Ca* Si aqua *Ha V Orib. L Vo in tit. morb.* Si quid *βγ* 12 sucum eius tepefactum *βγ* tepidus instillatur *Orib.* stilla *Ha V* stillatur *uel* stillabis *β* stillato *γ* liberabis eum *γ* 15 linozoster *Vr* linocotes *Vi* linocosses *B* adiclinozostis *γ* agria *om. βγ* *λινόζωστις ἄρρην Diosc. II 337, 14* argurnos *Caβ* algurnos *γ* *ἄργυρος Diosc.* argirites *Caβγ* 16 Aegyptii chrysites *Ca* chrysites *βγ* *οἱ δὲ χρυσῖτις Diosc.* Hermubasilior *Ca* Aegyptii Hermu basilior *β* Aegyptii Hermu basilion *γ* *Synonyma codd interpol. ex Diosc. II 337, 14 sqq.:* Graeci linozostis arres, Hermu botane (*Ἑρμοῦ βοτάνιον Diosc.*), thelicon (*θελύγονον Diosc.*), arcion (*ἄργυρος Diosc.?*), crisitis, arguinnos, argyritis, partenion, Aegyptii altof (*ἀφλοφώ Diosc.*), profetae Hermu basilion 19 Mozostis *V* Linozostis *om. Ha* 22 masculata *Ha V* 24 maturitatis *om. V*



LXXXIV. HERBA RADIOLVM

1. Ad capitis dolorem.

Herbam radiolum contusam, ante curiose depurgatam, cum aceto scillitico usque adeo decoctam, donec non pareat, perunguendo capitis dolorem sedat.

2. Ad alueum concitandum.

Herbae radioli radicem euulsam et cultro corticem depurgatam, coctam cum malua, et ita ius earum bibitur, sine labore uel aliquo taedio uentrem deducit et omnes aestus.

Alii filicinam dicunt. Similis est filici, quae fere in lapidetis nascitur uel in parietinis, habens in foliis singulis binos ordines punctorum aureorum.

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) β: ***Vr Vi B*** γ: ***C***

4 donec nec adpareat *cod. Heluet. Barthii, Aduers. 37, 23* perunguito *Ha V* peruncto $\beta\gamma$ 5 dolorem tollit β 8 coctam *om.* α *habet Orib.* malua, ius earum $\beta\gamma$ bibitum *Ca* sine dolore β 10 silicem *Ca* dicunt, Graeci polipodium uocant γ Nascitur in arboribus et lapidibus *Vr ante* Similis Similis *usque ad* lapidetis *om.* γ *et inc.* Nascitur in lapidibus uel in parietes aut in arboribus 11 in parietes $\beta\gamma$ singulis *om. Ca*



LXXXV. HERBA SPARAGVS AGRESTIS

1. Ad uesicae dolorem uel tumorem.

Herbae sparagi agrestis radicem coque in aqua sextario in pultario nouo ad quartas, et ieiunus diebus VII sumat potui, plurimis diebus balneum utatur, in frigida non descendat neque frigida bibat, mirifice experietur.

2. Ad dentium dolorem.

Herbae sparagi sucum in ore continere oportet.

3. Ad elefantiosos.

Herbae sparagi radix contrita inponitur.

7 Plin. XX 111; Med. Plin. I 13; Marc. XII 39 9 conf. Marc. XIX 20

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

2 uel tumorem *om. γ* 3 sextario et dabis bibere et liberabitur. *II.* Ad quartanas, ut supra ieiunus *β* sextario bibitur. *II.* Ad quartanas, ut supra ieiunus *γ* 8 contineri *Ca* 10 sparagi agrestis trita et cocta inponitur *Ca* sparagi radix cocta trita *Orib.*

4. Ad renum dolorem

Herbae sparagi radix trita, cum uino potui data proficit.

5. Si quis maleuolus deuotauerit hominem.

Herbae sparagi agrestis radicem siccam cum aqua fontana, lustrabis eum et solutus erit.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur miacanta, alii asparagos, alii sparagos agrios, Itali sparagos rusticos, alii sparagos nostros.

11 Marc. XXVI 49

11 *sub titulo curae 4 affert curam 5 Ca* 12 prodest γ 14 in aqua γ 15 resolutus *βγ* 17 miacanti γ μυάκανθος *Diosc. I 197, 7* anassyriacos *Ca* anasparagos *HaVβγ* ἀσπάραγος *Diosc.* 18 alii sparagos rusticos, Itali anasparagos agrios, alii γ *Additam. codd. interpol. ad syn.:* acanthillida, Latini corrudam, asparagum agrestem



LXXXVI. HERBA SABINA

1. Ad morbum regium, quod est auriginem.

Herba sabina cum melle et uino pota auriginem discutit, cum uino trita idem facit.

2. Ad capitis dolorem.

Herba sabina diligenter trita, cum aceto et oleo rosacio mixta, capiti et temporibus inlinita ualde prodest.

3. Ad carbunculum.

Herbam sabinam cum melle inlinito.

2 Plin. XXIV 102   8 Plin. XXIV 102

α: ***M*** *(sed mutilatus)* ***Ca (Ha V Orib.)***   *β*: ***Vr Vi B***   *γ*: ***C***

3 potata *Ca Ha V* pota *βγ Plin.* 7 et temporibus *om. βγ* 8 carbunculos *Ha V β* *loco curarum 3 et 4 habent βγ:* Ad carbunculos (-lum *γ*) uel ignem sacrum. Herba sabina (contrita *β*) cum melle, inlinita mire facit. *γ addit* Haec autem herba antidotis miscetur

4. Ad ignem sacrum.

Herbam sabinam ut supra cum melle inlinito.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur boratos, alii antirrinon, alii anarrinon, alii cinocefalion, alii pitecion, alii bucranion, alii ametiston, a'ii bratin, profetae ciriomorfon, alii neoth'os, Aegyptii acatachyros, Itali herba sauina.

10 Plin. XXIV 102

10 *curam 4 om. HaV* 13 brateos *β* boratos *om. Ca* A Graecis dicitur ynon, alii cynophalion, alii orninon *Ca* Graeci dicunt antirinon *Orib. cet. syn. desunt* Graeci prathi, Latini herbam sabinam, cupressum *HaV cet. syn. desunt* asterinon *Sangall. 751* antirrinon, alii anarrinon *om. βγ* οἱ δὲ ἀντίρρινον, οἱ δὲ ἀνάρρινον *Diosc. II 275, 8* 14 cynopalion *βγ* κυνοκεφάλιον *Diosc.* pyticion *Ca* piticion *βγ* πιθήκιον *Diosc.* brucanon *Ca* bricanon *βγ* βουκράνιον *Diosc.* amtysion *β* ametiston *om. γ* 15 decurioformos *Ca* decuriaeformon *βγ* κυριόμορφον *Diosc.* meotheos *Ca* metheos *βγ* νεόθεος *Diosc.* alii acatachyros *Ca* alii catachieron *βγ* Αἰγύπτιοι κατακιρσαί *Diosc.* *synonyma uerisimiliter inlata ex planta insequenti*



LXXXVII. HERBA CANIS CEREBRVM

1. Ad epiforas oculorum.

Herbae canis cerebrum radicem cum aqua decoctam, de ea aqua subinde oculos foueat, epiforas celeriter lenit.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur cinocefalos, alii antirrinon, profetae Osireos tafe, Itali canis cerebrum, alii digitum Veneris.

2 Marc. VIII 32

α**: **Ca (Ha V Orib.) ***β**: **Vr Vi B*** ***γ**: **C***

4 fouere *β* foueri *γ* epiforas *om. Ca* celeriter sanat *γ* 6 anterinon *α* antirrinon *om. γ* *ἀντίρρινον Diosc. II 275, 8* 7 tafe *om. βγ* Veneris, Itali canis caput *γ* Nascitur in parietibus uel muris *Vr post syn. Additam. codd. interpol. ad syn. ex Diosc. II 275, 8 sqq.:* Graeci (erusa *V*), bucranion, burion (*κούριον Diosc.*), ametiston, borion, arnion (*ἀνάρρινον Diosc.*), pithecion, alcana, corionmorfos, neotheos (*προφῆται ἄλκιμα, οἱ δὲ κυριόμορφον, οἱ δὲ νεόθεος Diosc.*), Latini herba asinina, uenusta minor, tipalos alba (*τιγίλλους ἄλβα Diosc.*), tipalos grata (*τραγατιγίλλους Diosc. ἄτρα τιγίλλους corr. Wellmann*), Punici azirchalbe



LXXXVIII. HERBA RVBVS

1. Ad aurium dolorem.

Herbae rubi teneri cimas, sucus expressus, tepefactum et stillatum, aurium dolorem liberat et persanat, certum est.

2. Ad emorroidas restringendas.

Herbae rubi teneri cimas IX et murtae siluaticae cimas idem IX, mali granati sicci cortices III, coquantur in se et in calida earum sedes encatisma, et cum iam refrigerauerit, fomentabis tibi anum; hoc triduum facies, mirifice restringit et sanat.

3. Ad profluuium mulieris.

Herbae rubi cimas teneras ter septenas coque in aqua usque ad tertias et triduo ieiuno potui dabis, ita ut cotidie renoues potionem.

2 Marc. IX 85

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

1 erustum *siue* rustum *Ca* ruuus *in cura 7 et 8,* morus *in cura 9 Ca* ruscum *in tit. et cura 1,* rubus *a cura 2 Orib.* eruscum (rubus *in cura 8 VrB*) *β* eruscum *γ* 3 erusci sucus de cimas expressus *γ* teneri *om. β* auriculis tepefactum *βγ* instillato, aurium dolorem tollit et persanat *γ* 4 certum est *om. βγ Orib.* 6 teneri *om. βγ* siluaticae *om. βγ* idem malae granatae siccae *γ* 7 cortices (III *Vi*) teres *β* cortices teris *γ* decoquuntur *β* coquentur *γ* in se et catesmas inungue et cum *β* in se et catesmas et cum *γ* 8 iam *om. Ca* tibi sessum *βγ* 9 stringit *γ* 11 decoque *β* 12 potum *Ca*

4. Ad cardiacos.

Herbae rubi folia per se trita inponuntur mamillae sinistrae, dolorem sistit.

5. Aduersus gingiuarum et labrorum uitia.

Herbae rubi coliculos teneros in uino decoctos, ipsum uinum in ore contineatur.

6. Ad uuae remedium.

Herbae rubi folia arefiant in umbra; crematorum cinere in coclerio tacta resiliet, praesentaneum est.

7. Ad uulnera recentia.

Herbae rubi aut flos aut mora, sine collectionis periculo sanat.

8. Ad condolomata.

Herbam rubum de uino coquito ad tertias eoque uino fouentur condolomata et omnia uitia sedat.

9. Contra serpentium et hominum morsus.

Herbae rubi folia recentia trita inponantur.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur batos Idaea, alii cinosbatos, alii asintrofon, profetae ema Titanu, alii ema ibeos, Itali sentix, alii rubus, Romani mora siluatica.

Interpolationes ex Diosc. II 197, 11 sqq.

Batos, cuius species sunt duae, altera enim est communis, omnibus nota, altera, quae appellatur Idaea siue cynosbatos, quae est mollis ac lenior comparatione prioris minoris, nascitur sub arboribus umbrosis in terra.

19 (Plin. XXIV 119); Med. Plin. I 15; Marc. XIV 16; Ps.-Theod. p. 278, 31   21 Plin. XXIV 119   22 Plin. XXIV 117; Ps.-Theod. p. 280, 12   27 Ps.-Theod. p. 281, 12

14 et mamillae γ   17 calculos *Ca*   caules βγ   decoque *uel* decoquis β   decoquito γ   18 continebis, summe facit β   continetur γ   20 arefiunt βγ   umbra et cinere in coclеario β   crematorum *om.* γ   21 resilit γ   praesentatum *Ca*   23 rubi flos βγ   sine collectione a periculo γ   24 *totam curam om. Vi*   25 in uino cocta βγ   fouebis β   foueto γ   27 et hominum *om.* βγ   28 inponantur, (mire β) sanat βγ   nomen serpentis sipedon β   30 Idaea *om.* γ   profetae sintrofum βγ   *ἀσύντροφον Diosc. II 196, 14*   profetae ematyganos, alii syntrofon *Ca*   31 Titanos βγ   imadeos *Ca*   ema ideos *HaVβγ*   syntix *Ca*   sinix β   sintrix γ   ruuus *Ca*   robur γ   *Additam. codd. interpol. ad syn :* Daci mantua, Aegyptii adinum



LXXXIX. HERBA MILLEFOLIVM

1. Ad dentium dolorem.

Herbae millefolium radicem ieiunus conmanducet.

2. Ad uulnera de ferro facta.

Herba millefolium cum axungia pistata et inposita uulnera purgat et sanat.

3. Ad tumores.

Herbam millefolium contusam cum butiro inpone.

4 Ps.-Theod. p. 301, 23

α: ***M*** *(mutilatus)* ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

2 *sub titulo* Ad dentium dolorem *curas 3 et 4 praebent βγ omissis primis, inde in β multae mutilationes, quas adponere longum est* 8 contusam *om. γ*

4. Ad urinae difficultatem.

Herbae millefolium sucus cum aceto bibitur, mire sanat.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur miriofillon, alii ambrosiam, alii ciliofillon, alii crisitis, Galli mulicandos, alii uigentia, Daci diodela, Itali millefolium, alii militaris, alii Achillion, alii supercilium Veneris, alii cereum siluaticum.

Hanc herbam Achilles inuenit, unde uulnera ferro percussus sanabat, quae ob id Achillea uocatur, de hac sanasse Telephum dicitur.

Interpolationes ex Diosc. II 265, 9 sqq.

Nascitur in palustribus locis, tyrso unius radicis, molli, fuluo, ita coaequato atque elimato, ut manu factus uideatur, foliis foeniculi similibus, uulnera cum aceto . . . .

16 Plin. XXV 42

10 sucus eius *M* sucus herbae *γ* 12 *ἀμβρόσιον Diosc. II 248, 14* chylofillon *Ca* *χιλιόφυλλον Diosc. II 195, 13* 13 chrysites *Ω* *χρυσῖτις Diosc.* mubscandos *Ca* mulicandros *γ* *βελιοκάνδος Diosc. II 265, 15* uincenciam *βγ* ziodela *γ* 14 alii militaris achillion *Ca* alii militaris achillis *β* Achillion *om. γ* *οἱ δὲ μιλιτάρεμ Diosc. II 195, 15 in synonymis herbae Ἀχίλλειος* alii cereum siluaticum, alii coprus siluaticus *Ca* alii cereum siluaticum, alii cuprum siluaticum *Sangall. 751* *κόρουμ codd. Diosc.* *κορίανδρουμ σιλβάτικουμ Wellmann* *Additam. codd. interpol. ad syn.:* Graeci . . . semofillon (*μηλόφυλλον Diosc. II 265, 13*), stratiotice (*id. Diosc.*) 16 uulneribus *Ω* (*praeter HaV*: unde uulnera ferro facta sanabat) *propter Plin.*: uulneribus mederetur sanabit *Ca* 17 unde Achillea *β* unde Achillis ea uocatur *γ* Achilles *α* de hanc *Ω* elefon *Ω* 20 eliminato *HaV* 21 uulneratum cereno *HaV*



XC. HERBA RVTA HORTENSIS

1. Ad sanguinem fluentem de naribus.

Herba ruta hortensis frequentius odorata sanguinem de naribus mire restringit.

2. Ad inflationes.

Herbam rutam hortensem crudam, paululum edito uel in potione sumito.

3. Ad stomachi dolorem.

Herbae rutae semen cum sulfure uiuo et aceto ieiunus gustato.

4. Ad inguinum dolorem.

Herba ruta uiridis coquitur ex oleo, deinde conmisceatur cera et ut cerotum in linteolum utitur.

2 Marc. X 38 5 Marc. XX 64; Ps.-Theod. p. 326, 8 8 Marc. XX 60; Ps.-Theod. p. 326, 4

α: ***M** (mutilatus)* ***Ca (Ha V Orib.)*** β: ***Vr Vi** (omissis curis 8—13)* ***B*** γ: ***C***

2 fluentem nimium βγ 3 hortensis *om.* βγ 5 inflationem γ 6 crudam *om.* γ uel cum mel in βγ 10 Ad inguinem *Ca* Ad inguina *Orib.* 11 coquito *Ca* oleo conmixta quae cera γ et cera (cerae) conmisces β 12 et in linteolum ponis et uteris β utatur *Ca Orib.*

5. Ad epiforas oculorum.

Herba ruta cum polenta bene trita et inposita lenit epiforas, nam et radix contusa et inlinita emendat.

6. Ad caliginem oculorum.

Herbae rutae rore matutino madentis sucos collectos in uasculo habeto et ex eo unguebis. Idem ad carbunculos ex aceto tunsa inponitur.

7. Ad morsum canis rabiosi.

Herbae rutae pondus XV ex uino bibitur, plagae inponuntur rutae folia trita cum melle, sale et pice.

8. Ad cardiacos.

Herbae rutae fasciculum cum rosacio decoquitur adiecta aloes uncia, et olei perunctio sudorem sistit.

9. Ad litargos excitandos.

Herba ruta ex aceto infunditur fronti.

10. Ad ignem sacrum.

Herba ruta ex aceto et oleo inlinita sanat.

11. Ad aciem oculorum.

Herbae rutae folia eius subinde manducet ieiunus, cum uino contrita potui data antidotum est.

12. Ad profluuium mulieris.

Herbam rutam circumscribe auro et ebore et argento, sublatam eam adligabis infra talum.

13 Plin. XX 135 20 Plin. XX 133 23 Plin. XX 142; Ps.-Theod. p. 329, 2

14 posita *Ca* 17 errore matutino γ madantis Ω uasculo uitreo γ 18 unguebis. *VII.* Ad carbunculos. Herba ruta ex β unguebis. *VII.* Ad carbunculos. Ex aceto γ Idem et ad *Ca* 20 morsus *M Ha V* 21 rutae sucus per XV dies ex uino bibatur *Orib.* pondus XV *M Ca* pondus denarios VI *Ha V* pondus dinaria quinque in uino $\beta\gamma$ *conf. Plin. XX 135:* acetabuli mensura sucus in uino teris et dabis bibere β bibere, ualde prodest. *IX.* Ad plagas. Herbae rutae folia ponuntur, trita cum melle et pice inponis β plagae tres ponuntur *Ca* ponunt rutae γ inponuntur *Plin.* 22 sale *om. M* γ pice inponis γ 24 oleo rosacio $\beta\gamma$ 25 dolorem sistit α sudorem *Orib.* etiam sudori resistit β etiam sudoresiscit γ 26 *sub titulo curae 9 praebent curam 10* $\beta\gamma$ 29 inlinito *Ca* sanat, tamen si a capite usque ad pedes sudauerit, scito eum uiuiturum, si autem non totus sudauerit, erit moriturus *Vr* 31 herbae rutae *om.* γ ieiunus aut herba trita β ieiunus herba trita cum γ 34 circumscribis β

13. Ad fluentem semen nimis.

Herba ruta manducetur a balneo cum liquamine.

14. Ad capitis dolorem.

Herba ruta ex uino potui datur et trita stillatur capiti cum aceto et rosacio.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur peganon, erifion.

Interpolationes ex Diosc. II 57, 1 sqq.

Omnibus nota, cuius est altera usualis, altera agrestis atque uirtutis acrioris, sed utraeque feruentissimae comprobantur, mutantur etiam nominibus pro regionum uarietate: apud Cappadocas appellata est moly, a quibusdam armala, a Siris bessasa, memorant etiam in Macedonia circa Haliacmonem flumen appellari uiperalem, eo quod interfectibilis esse conprobetur.

38 Plin. XX 135; Marc. I 73 44 Isid. XVII 11, 8

36 Si fluit sanguis de naribus *Ha V* Ad fluxum sanguinis *β* Ad profluuium sanguinis nimium *γ* 37 abalineo *M Ca Vr (B legi non potest)* abileneo *Ha V* in balneo *γ Orib.* 39 data et trita stillato *Ca* 40 oleo rosaceo *Ha V* 42 peganon *om. Ca* erifion *om. βγ* 43 *interpol. infra in capitulo rutae siluaticae iterat V* 46 mol *Ha V* 47 armalia *Ha V* bessa *Ha V* Macedonia appellari uiperalem uocari, eo quod interfectibilis esse conprobetur *Ha* alemona flumen generatam appellari uiperalem atque interfectibilem conprobari *V*



XCI. HERBA MENTASTRVM

1. Ad aurium dolorem.

Herbae mentastri sucus cum uino austeri mixtus et in auricula coniectus uermes natos necare creditur.

2. Ad elefantiosos.

Herbae mentastri folia adhibeto, conmanducet, mire sanare certum est.

5 Marc. XIX 21

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) β: ***Vr Vi B*** γ: ***C***

3 austeri et auriculae *Ha V* austeri ciato uno etiam auriculae β austero ciatum et auriculis iniectus γ mixtus etiam auriculae *Ca Orib.* 6 folia eius adhiuuentes conmanducata *Ca* adhibe et conmanducat (cum manducat) β mire sanat βγ

Nomina herbae.

A Graecis dicitur calaminte, alii glechon agria, alii osmitis, Aegyptii bremu, alii tesmu, Ostanes . . ., profetae gonos Apollonos, Itali mentastrum.

Interpolationes ex Diosc. II 46, 13 sqq.

Huius species tres memorantur, est enim siluestris foliis ocimi similibus atque subalbidis et ramis cauliculatis cum flore purpureo, sed eius folia sunt odore puleio similia, similiter formata, sed maiora; item secunda species appellatur agreste puleium, quam specialiter Latini, ut supra diximus, nepetam uocant, cum foliis mentae similibus, longitudine a supradicta porrectioribus, tyrso atque ramis maioribus et inferioribus; effectu tamen omnium acriora sunt folia gustui atque incendiosa.

9 calamentis *Ca* calamentum *Orib.* calamite *βγ* *καλαμίνθη Diosc. II 47, 12* clechon agrion *Ca* glechon agrion *HaV* glechon agria *om. βγ* *γλήχων ἀγρία Diosc.* alii osmites bremu *Ca* Aegyptii begnu *HaV* alii bregmu *uel* bregmo *β* alii brecma *γ* *ὀσμῖτις, Αἰγύπτιοι βελλού Diosc.* 10 alii tesboostantes *Ca* alii tesmuortantes *βγ* *οἱ δὲ θεσμουζοεί, Ὀσθάνης . . . Diosc. πρόγονος Ἀπόλλωνος ἢ γόνος Ὥρου Diosc. Additam. codd. interpol. ad syn. ex Diosc. II 47, 12 sqq.:* profetae gonos Horu, Latini nepetam, Spani creobula, Galli mentadione (*μεντασῶνε Diosc.*), Daci tanidila 15 puleio similiter formata *Ha* puleio similia formata *V* 18 sed inferioribus *Ha* 19 gustu *HaV*



XCII. HERBA EBVLVM

1. Ad cauculosos.

Herba ebulum tenerum cum foliis tritum ex uino potui datum cauculos expellit.

2. Ad splenem.

Herbae ebuli radicem coctam ad tertias cum aqua bibat.

3. Ad colubri morsum.

Herba ebulum, antequam succidas eam, tenes eam et ter nouies dicis: omnes malas bestias canto, atque eam ferro quam acutissimo e limo secundum terram trifariam praecidito et id faciens de eo co-

5 Marc. XXIII 22; XXIII 35; Ps.-Theod. p. 324, 4

α*: *M* *(a cura 5)* *Ca* *(Ha V Orib.) ***β*: *Vr Vi B*** ***γ*: *C***

2 Ad cauculum *γ* 3 tenerum *om.* *γ* cum uino *β* in uino *γ* 4 cauculum *Ca* pellet *γ* 5 *totam curam om. Ha V Orib.* 6 radicem ebuli *Ca* coctam in aqua usque ad tertias da bibere *βγ* · bibere, miraueris effectum *β* bibere, sanabitur *γ* 7 colubris *Ca* colubri *uel* colubris *β* colubrae *γ* nomen serpentis ceresidros *Ca γ* 8 tenes et *βγ* 9 omnes malae bestiae canto *Ca* omnia malae bestiae canto *Ha V* omnis malae bestiae cantu *βγ* acutissimo eum a secunda terra triforia praecidito *β* acutissimo eum secundum terram trifoliam *γ*

gitato, cui mederis, reuersus ita ne respicias et ipsam herbam contritam adponito, continuo sanabitur.

4. Ad idropicos.

Herbae ebuli radicis sucus expressus ciati IV ex uino sextario semis potui semel in die datus, idropicis ualidissime proderit, per anum enim humor omnis detrahitur.

5. Ad splenis dolorem.

Herbae ebuli radicem siccatam et in puluere mollissimo redactam in uino ciatis III, pulueris coclearium in limen stans bibat et ebulum secum semper habeat, sed ebulum sine ferro lectum.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur camaesice, alii mecon afrodes, alii camaeacte, alii eleos acte, alii Euboice, Galli ducone, Daci olma, Itali ebulum.

Interpolationes ex Diosc. II 317, 6 sqq.

Ebulum ramis rotundis, digitalibus, terrae prostratis, suco plenis, foliis lenticulatis, fructu siue semine rotundo, radice tenui.

10 elimas *Ca* limo, sed terra trifaria *HaV* facies eo cogitato cui mereris *βγ* 11 medeberis *Ca* contritam opponis *β* 14 Herbae ebuli sucus radicis (radices) cocliaria IV cum uino eminam potui semel dato ydropicis *β* Herba ebulum, sucus de radices cocl. IV in uino eminam unam potui data ydropicis *γ* 15 prodest *Ca* 16 omnis pessimus detrahitur *β* 18 siccam *βγ* 19 coclearia III *HaV* coclearium unum *βγ* ebulum semper secum habeat, sane ebulum *β* ebulum secum portet, sane ebulum *γ* 22 cameseta *Ca* chamaesice *HaV* canuti *β* calamiten *γ* *χαμαισύκη Diosc. II 317, 19* mecos Afrodites *Ω* *μήκων ἀφρώδης Diosc.* 23 aliateehuc *Ca* adiectehoc *uel* aiectehoc *β* Galli adiecteos *γ* *ἔλειος ἀκτῆ Diosc. II 322, 14* Galli eubocone *α* Galli ebucone *β* alii Euboice *om. γ* *οἱ δὲ Εὐβοϊκή, Γάλλοι δουκωνέ Diosc.*



XCIII. HERBA PVLEIVM

1. Caput ne ab aestu concalescat.

Herbam puleium tecum aut super aurem aut sub anulo portato. Hoc et hieme toto facito, nec grauedinem senties nec perfrictionem.

2. Ad dolorem intestinorum infantium.

Herbam puleium et ciminum tritum ex aqua super umbilicum inponito, continuo sanus fiet.

3. Ad stomachi nausiam.

Herbam puleium tritam uel in aqua maceratam cum aceto potui dabis, nausiam stomachi sedat.

2 Ps.-Theod. p. 313, 7 6 Ps.-Theod. p. 310, 11 8 Marc. XX 20

α: **M** *(usque ad curam 17)* **Ca** (**Ha V**) *β*: **Hil.** *(a cura 9, mutil.)* **Vr** *(curae 1–3 et 18)* **Vi B**

2 Caput ne a sole calescat *β* 3 porta *β* 4 hoc aestiuo toto, ne grauitudinem senties *β* et in hieme *Ca* 6 umbilico infantis pone *β* 7 fiet infans *β* 8 Ad nausum stomachi *β* nausam *M* 9 puleium tritum cum aqua aut aceto *β*

4. Ad ueretri pruriginem.

Herba puleium in aqua feruente maceratum, tamdiu donec bibi possit aqua, optimum est, pruriginem sedat.

5. Ad uentris dolorem.

Herba puleium conmanducatum et in umbilico positum, religatum ne excidat, continuo dolorem discutit.

6. Ad tertianas.

Herbae pulei ramulos lana inuolutos odoret ante accessionem; quod si coronam in capite habuerit, capitis dolorem sedat.

7. Si infans mulieri in utero mortuus fuerit.

Herbae pulei codas tres recentes, quae olent suauiter, tritum, in uino ueteri optimo quartario dabis bibere.

8. Ne in naue nausieris.

Herbam puleium et absintium simul tere ex oleo et aceto et nares frequenter frica.

9. Si mulier minus purgatur.

Herbae pulei pondus semunciam in oximelli ciatis duobus mane ieiuna bibat.

10. Si secundae a partu non sequuntur.

Herbae pulei tres discinge codas, in uino bono da, ut bibat.

11. Ad uesicae dolorem et cauculum.

Herbam puleium in uino ciatis II bene contritum ieiunus bibat et continuo in solium descendat, intra paucos dies sanat et cauculum expellit.

12. Si quis circa cor uel pectus dolet.

Herbam puleium gluttiat ieiunus.

13. Si spasmus fuerit.

Herbam puleium in aceto ciatis II ieiunus bibat.

17 Plin. XX 155 18 Ps.-Theod. p. 313, 4 20 Ps.-Theod. p. 342, 3 26 Ps.-Theod. p. 345, 9

12 Herbam puleium mittis in aqua feruente maceratum diu donec β macera eam tamdiu *Ca* 13 pruriginem sedat *om.* β 15 puleium conmasticato (-ta) β 16 nec excidat *M* 18 ramulos III inuoluis in lana ante β inuoluens *Ca* 19 dolorem tollit β 20 in utero mulieris β 21 *textum confundit cum textu curae anterioris B* pulei ramulos, qui odorem habent, tritum *Vi* quod olent *M* quod olet *Ca* quod suauiter adolet *HaV* 22 ueteri quartam partem quantam dabitur bibere, mire sanat *Vi* 23 Ne innocue nausieris *Ca* nauseris β 24 tere et ex oleo et aceto nares *MCa* tere ex oleo et aceto nares *HaV* simul contere cum oleo β 25 frequenter tange β 27 duobus (?) dato uiuere *Hil.* duobus da, ut bibat β 30 codas et *Hil.* et uino bono β da, bibat *M* 31 dolorem uel β 32 in uino *om. Hil.* 33 infratur (?) duos sanat et cauculos foras expellit *Vi* sanabitur et cauculos foras expellit *B* 35 Si cui (quis) cor aut pectus dolet β cor uel . . . dolet *M* et pectore *Ca* 36 *sub titulo curae 12 praebent curam 13 Hil.* β poleium

14. Si mulier obticuerit.

Herba puleium contritum et in puluere redactum, lana inuolutum subiciatur ab obstetrice.

15. Ad stomachi inflationem aut intestinorum.

Herbam puleium ex aqua calida contritum uel ex uino aut per se datum, remitteris cito.

16. Ad morbum articulorum.

Herbam puleium in oximelli quartario uel ciatis IV ieiuno dabis bibere, eiciet bilem et saniem albam; idem faciet, ut facile respiret.

17. Ad splenis dolorem.

Herbam puleium decoque ex aceto et idem acetum calidum permixtum potui dabis; ne quid puleium praegnanti dederis.

18. Ad isciam uel coxarum dolorem.

Herbam puleium et piper aequis ponderibus tritum in balneo fricabis, ubi dolet frequenter, sanus erit.

A Graecis dicitur glicon.

Puleium quam uim medicamenti secum habet, multi ignorant. Duo enim genera sunt, masculus et femina. Masculus florem album habet, femina rubeum siue purpureum. Utrique utiles sunt et mirabiles, mirabile autem in se habent, quod maximis caloribus floreant, cum fere aliae herbae arescunt.

Interpolationes (cf. Diosc. II 40, 13 sqq.).

Glechon alia memoratur masculus album generans florem, alia femina flore purpureo, uirtutis est acerrimae ac feruentis, utilis supradictis, uocatur ab aliquibus blecho, eo quod sit balantum animalium floris sui tempore pascuosa; hoc autem in se mirabile habet, quod haec maximis aestatis caloribus floreat, cum fere aliae herbae arescant.

et acetum cyatos duos ieiunus bibat. Si spasmus fuerit. Poleium in aceto cyatos duos ieiunus bibat *HaV* 40 lana conuolutum *Hil.* lana continuo inuultum *Vi* lana conuoluta *B* 41 subiciatur, mire sanat *Hil.β* 42 Ad stomachi dolorem siue inflationem aut intestinorum dolorem *β* 43 calida tritum ⟨ue⟩l cum uino per se mis . . . mitte d. est *Hil.* contritum ipse dabis, mire sanat *Vi* contritum, da, ut bibat, intestinorum dolorem tollit *B* 44 dato *Ca* 46 oximelli (quartario) cyatis II ieiuno dabis bibere, eiciet (et) bilem foras *Hil.β*, *reliqua desunt* 47 bilem . . . ⟨et⟩ u⟨t facile⟩ respiris *Hil.* 49 in aceto et potui dabis *β* 51 sceam *Ca* nesciam *β* 53 perfricas *Hil.* perfricabis *β* mir . . . facit *Hil.* mirifice sanat *Vr* mire sanat *Vi* mirifice sanabitur *B* 54 lyconos *Ca* decon *Vr in ceteris deest Additam. codd. interpol. ad syn.:* Graeci Helechon, leucantos, poriyriron, poliidon, astenicon, blecho, profetae pantagaton, Latini pulegium, Ostanes dimoron 55 Puleium *seqq. confundunt cum interpol. ex Diosc. HaV* Puleium *om. β* 57 femina uero *β* utrumque utile est et admirabile autem *β* 58 cum maximis coloribus *Ω*, *sed conf. interpol. l. 64* 61 Helechon *HaV* flores *HaV* 63 temporis *HaV*



XCIV. HERBA NEPETA MONTANA

1. Ad serpentium morsus.

Herba nepeta montana ex uino trita, sucum eius expressum cum uino potui datur, cuius etiam folia contrita plagae utiliter inponuntur.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur minte orine, alii diaulos, profetae ema Ammonos, Itali nepeta montana.

α: ***Ca*** **(*HaV*)** *β*: ***Hil.*** *(mutilatus)* ***Vr Vi B***

2 Ad morsum serpentis *HaV β* 4 datum *Ca* dato *β* inponitur, persanat *β* Nomen serpentis draco *Caβ* 6 *syn. om. β*, *quorum loco habet falso:* A Graecis dicitur calamites, Itali nepetam uocant, *in Hil. legi potest*: alii diau . . . Graecis dict⟨u⟩m . . . Ita⟨l⟩i ⟨monta⟩na, profet⟨ae⟩ am . . . menteorion *Ca* menthe agria *HaV* *conf. μίνθα Diosc. II 45, 10* gonos Ammonos *HaV* 7 Latini nepeta campestris *HaV*



XCV. HERBA PEVCEDANVM

1. Ad serpentes effugandos.

Herbam peucedanum incendes, arcet enim serpentes odore suo. Peucedanum cum uettonica et adipe ceruina aut medulla, aceto mixto eademque morsui inposita medetur.

2. Ad freneticos.

Herba peucedanum cum aceto capite infusa summe facit.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur peucedanon, alii sinona agrion, alii agriofillon, profetae agatos daemon, Itali pinastellum, alii satanaria.

Interpolationes ex Diosc. II 90, 6 sqq.

Tyrsum habet ut foeniculus, radicem magnam et nigram, grauissimi odoris, suco plenam atque secundum ipsam coronam densam, florem nigrum, sucus autem in ea processu temporis augetur et propterea aliquando praesecta molli radice defluit atque in umbra deponitur seruandus, sed probatur melior esse flauus atque gustu feruens et odore grauis ut in Sardinia et Samotracia.

α: *Ca* (*Ha V*) **β: *Vr Vi B***

3 incendes *om.* α incendes (incendit *Vi*), marcet enim β enim *om. Ha V* 4 mixto *Ca* mixto *uel* mixta β nomen serpentis tragerus *Ca* 9 sicon agrion α sincon agrion β ⟨*σίνωνα*⟩ *ἄγριον Diosc. II 90, 13* agnofillon Ω *ἀγριόφυλλον Diosc.* 10 daemon *om. Ca* satanaria Ω *praeter Laur. 73. 41, ex quo Wellmann σα⟨να⟩τάριαμ*



XCVI. HERBA INNVLA CAMPANA

1. Ad uesicae dolorem.

Herba innula campana et apii semen et asparagi et foeniculi quoque radices in unum tritae, et in tepida potui data efficaciter prodest.

2. Ad dentium remedia.

Herbam innulam campanam ieiunus conmanducet, dentes confirmat.

3. Ad lumbricos.

Herbae innulae folia ex uino trita supra uentrem ponantur.

6 Plin. XX 38; Marc. XII 39

α: ***Ca*** (***Ha V***) β: ***Vr Vi B*** γ: ***C***

3 campana, apii semen, asparagi β campana, apii γ sparagi, foeniculi γ 4 quoque *om.* $\beta\gamma$ in unum contere et tepidae potui dabis, efficaciter *Vi* in unum tritum in aqua tepida potui datum γ tritae et tepidae potui datae efficaciter prodesse dicimus *Vr* et tepida prodest, potui dabis, efficaciter dolorem tollit *B* 7 comedat β manducet γ 8 *curam 3 om. Vi*

Nomina herbae.

A Graecis dicitur panax Cironia, alii centauria panax, alii elenion, Itali innula campana.

Interpolationes ex Diosc. II 64, 8 sqq.

Habet folia amaraco similia, flores aurosos, radicem tenuem, non altam, acerrimam gustu, medetur serpente uexatos.

9 Ps.-Theod. p. 291, 1

9 Herbam innulam cum uino contritam, mirifice, dum bibit, necat lumbricos et foras pellit *B* Herba innula campana ex uino trita inponitur *γ* folia cum uino trita, inponitur *Vr* 11 panax Cironia *om. βγ* *conf. πάνακες Χειρώνιον Diosc. II 64, 8* centauria panax elenim, alii helenam *Ca* centauriaspa, alii helenion *HaV* centauriapaxelion, alii elenam *β* centauria panaxom *γ* alii centaurion, alii Asclepion *Koebert p. 48 coll. Plin. XXV 30* *ἑλένιον Diosc. I 32, 12* campana, alii laturcium *HaV*



XCVII. HERBA LINGVA CANIS

1. Ad morsum serpentis.

Herba lingua canis trita, ex uino sumpta prodest.

2. Ad quartanas.

Herba lingua canis, quae folia IV habet, pisata et potui data ex aqua liberat.

3. Ad aurium inutilitatem et qui minus audiunt.

Herbae linguae canis sucum ex passo et oleo tepefactum in aure stilla, mire sanat.

7 Ps.-Theod. p. 272, 19

α: ***Ca*** (***Ha V***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

5 nomen serpentis steripis *Ca γ* nomen serpentis teripes *Vi* 5 cynoglossa *Ω* quae foliis IV pisata *β* folia tria *Ca* 7 inutilitatem qui *β* uel qui *γ* 8 cynoglossae *Ω* cum passo *β* tepefacto *Ca* auribus stillabis, mire *Vr* auribus stillatum, mirifice sanat *Vi* auribus stillato, mirifice sanabitur *B* auribus stilla *γ* 9 instillato *Ha V*

Nomina herbae.

A Graecis dicitur cinoglossa, alii Frigia, alii emionion, alii splenion, alii caballation, alii scolimos, alii pteriga, alii Teucrion, Aegyptii caenis, Daci azila, Itali lingua canina, alii sublabium, alii lingua Macedonica.

11 prigia *Ca* *Φρυγία Diosc. II 143, 15* eminion *βγ* *ἡμιόνιον Diosc.* spenion *Ca* *conf. σπλήνιον Diosc. II 274, 4* 12 caballion *Ω* *καβαλλάτιον Diosc. II 274, 3* acolimbos *Ω* *σκόλυμος Diosc.* pyrgos *α* alypyrgis *β* pteriga *om. γ* *πτέρυγα Diosc. II 143, 14* leocrion *Ca* leucrion *HaV* Teucrion *om. βγ* *Τεύκριος Diosc.* 13 zenis *HaV* azila *om. Ca* azila *Ha* atilia *V* usagila *β* usazila *γ* sublabium *om. Ca* sublabium *HaV* subliuium *βγ*



XCVIII. HERBA SAXIFRAGA

1. Ad cauculos expellendos.

Herbam saxifragam contritam ex uino bibendum dato, febricitanti autem ex aqua calida; tam praesens effectus ab expertis traditur, ut eodem die perfractis eiectisque cauculis ad sanitatem perducat.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur adiantos, alii scolopendria, alii scolimos, alii brucos, Aegyptii phepere, Itali saxifraga, alii uitis canina, alii †aprogo, alii lampago.

Nascitur in montibus, locis saxosis.

Interpolationes ex Diosc. II 278, 6 sqq.

Nascitur in aquosis locis, uirgultis nigris, lenibus, cum splendore, bipalmis, ut coriandrum, scissis in summitate.

α: ***Ca*** (***Ha V***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

3 (con)tusam *βγ* in uino *Ca* dabis *β* data *γ* 4 in aqua *Caγ* praesens effectum ab expertis traditum *β* praesentaneum *γ* 5 die perfectis *β* perducit *γ* 7 adfanion *Ha V* adiantos *om. βγ* scolopendrion *Ha V* *σκολοπένδριον Diosc. II 143, 13* scolimus *γ* *σκόλυμος Diosc.* 8 brochos *Ca* prochis *Ha V* Aegyptii brhocos *γ* *βροῦχος Diosc. II 182, 5* phebere *Ha V* pepere *β* Itali pempere *γ* *conf. ἐπνέρ Diosc. II 179, 6* alii saxifrega *γ* uitis candana *Ca* uitis cani *Ha V Vr B* uitis canum *Vi* uitis canina *γ* agroo *Ha V* aproco *γ* *Additam. codd. interpol. ad syn. (conf. cap. XLVII):* Graeci asplenon *(id. Diosc. II 143, 13)*, scoliprochos, prochis, Latini capillos Veneris 10 saxosis. Legis eam mense Augusto *γ* 13 aut coriandrum *Ha V*



XCIX. HERBA HEDERA NIGRA

1. Ad cauculos expellendos.

Herbae hederae bacas aut VII aut XI contritas, ex aqua potui sumptas mire cauculos in uesica congregatos frangere et extrahere per urinam certum est.

2. Ad capitis dolorem.

Herba hedera nigra, cum oleo rosacio et cum suco eius mixto uino tempora et frontem perfricabis, sedat dolorem.

3. Ad splenis dolorem.

Herbae hederae nigrae grana primo III, secundo V, tertio VII, quarto IX, quinto XI, sexto XIII, septimo XV, octauo XVII, nono XIX, decimo XXI in uino bibantur diurnis diebus, si cum febre, in aqua calida, maximo auxilio lienosis auxiliatur.

4. Ad spalangiorum morsus.

Herbae hederae radicis sucus bibitur.

6 Ps.-Theod. p. 313, 9 9 Marc. XXIII 60

α**: **Ca** (**Ha V Orib.**) **β**: **Vr Vi B** **γ**: **C

3 hederae nigrae *Ca* aut XII *Ha V* cum aqua *β* 4 sumptas, mire sanat *β* *rel. desunt* sumpta mire facit *γ*, *rel. desunt* 7 mixtus in uino temperabis, mire facit *βγ* 8 tempera *Ca* 10 nigrae bacas conteris III, V, inde IX, XI, XV, XVII, XIX, XXI, ieiuno dabis bibere diurnis *β* 12 febre fuerit *βγ* 13 lienosis erunt *Orib. Marc.* lienosis erit, hoc facias luna XV *β* lienosis erit *γ* 15 bibitur, prodest *β* bibuntur, prodest *γ*

5. Ad ulcerum remedia.

Herba hedera ex uino decocta inponitur.

6. Ad nares male olentes.

Herbae hederae sucus bene colatus in nares infunditur, emendat.

7. Ad aurium inutilitatem et qui minus audiunt.

Herbae hederae sucus mundissimus cum uino stillatus medetur.

8. Ad caput, ne a sole doleat.

Herbae hederae folia mollissime trita cum aceto et rosacio, aduersus omnem dolorem fronti inlinitur.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur cissos melas, alii cissaron, alii Nision, Galli bolus serron, Daci arpopria, Itali hedera nigra.

18 Marc. X 59; X 63 22 Plin. XXIV 76; Med. Plin. I 10; Marc. I 79

19 infundito *Ca* emendat *om. Ca Orib. habent HaV* nares male olentes emendat *βγ* 20 Ad aurium dolorem *βγ Orib.* 23 in aceto *β* 24 fronte linitur, mire sanat *Vr* fronti linies, dolor capitis abscedit *Vi* fronti linito, mirifice sanat *B* inlinitur, mire facit *γ* 26 cyson melan, crisos metas, cassion necion, Galli *HaV* cyssonnecion *Ca* cissaron, alii Nision *om. βγ* *οἱ δὲ κίσσαρον, οἱ δὲ Νύσιον Diosc. I 248, 10* bolus serson *Ca* bulbus serron *β* bolbus sarton *γ* 27 arborria *HaV*



C. HERBA SERPVLLVM

1. Ad capitis dolorem.

Herbae serpulli sucum cum oleo et sale frictum et in puluere redactum, omnia conmixta, caput perunctum sanat.

Item serpullum decoctum in aceto, tritum inlinitur temporibus et fronti.

2. Ad combustum.

Herbam serpullum et ancusae surculum unciam, spumam argenti uncias III et rosam, haec in mortario teres, ceram Punicam, adipem ursinam et ceruinam semilibram, simul decoques, colabis et inpones.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur erpillon, alii zigis, alii polion, Aegyptii meru, Itali serpullum, alii cicer rusticum, alii cicer erraticum.

5 Plin. XXIX 246; Med. Plin. I 1; Marc. I 75

α*: *Ca* (*Ha V Orib.*)   *β*: *Vr Vi B*   *γ*: *C

3 fricto *Ω pr. Vi*   4 redacto *α Vr B*   redacta *γ*   omnia *om. Ca*   caput perungue (-es), sanabitur *β*   caput perunguet, sanatur *γ*   5 Item *seqq. om. βγ*   linitur *Ca Orib., sed conf. Plin.*   9 et rosas in mortario *Ca*   III, rosam *Ha V Orib.*   III cum rosacio, haec *βγ*   10 ceruina semuncia *α*   decoques et inponis *Ca*   decoque, cola et inpone *HaV*   decoque, colabis (cola) et uteris *βγ Orib.*   12 serpillon (serpullum) *Ca β*   ἕρπυλλος *Diosc. II 50, 14*   gigos *Ω*   ζυγίς *Diosc.*   alii pollion *Ca post* Itali serpullum   polion *om. βγ*   οἱ δὲ πόλιον *Diosc.*   meri, idem sti, idem cicer rusticum, Latini serpillum, idem cicer erraticum *HaV*   μερονόπνος *Diosc.*   13 Itali serpullum *om. γ*   alii cicer rusticum *om. Ca*   cicer erraticum *om. βγ*

Interpolationes ex Diosc. II 50, 7 sqq.

Eius est alia hortualis siue usualis, humi serpens cum foliis atque ramis origani similibus, albidioribus quidem atque sampsuci odorem fingentibus, alia agrestis, quae etiam zigis appellata est, non in solo serpens, sed directa atque stanti positione subrecta, cum ramis tenuibus atque horrentibus, longitudine bipalmi et foliis paruis, angustis tamquam rutae, sed paulo longioribus atque plenioribus atque angustioribus, floribus quoque omnibus in uirgis constitutis, in summitate purpureis, remordentibus linguam, odore iucundo, radice inutili. Nascitur in petris. Vehementior est autem rubea, quae seminalis siue hortualis appellata est.

16 samsucae *Ha V* 17 etiam ecigios *Ha V*



CI. HERBA ABSINTIVM

1. Ad periculum fungorum.

Herbae absintii sucum ex aceto bibat. Hoc serotinus uir centenarius euasit, cum esset a fungis temptatus.

2. Ad liuores tollendos.

Herbam absintium in aqua decoctum et inductum panno inpone; si corpus tenerum fuerit, ex melle inpone.

3. Ad lumbricos.

Herbae absintii et marrubii et lupinorum paria pondera in aqua mulsa cocta uel uino austeri, positum in umbilico necat lumbricos.

2 conf. Plin. XXVII 50

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

1 absynthium *Ca* absentium *βγ* 3 ex aceto *om. βγ* Ex hoc *γ* 6 in panno *γ* inponis in corpus, tenerus si fuerit *Ca* 9 Herbae absintium et marrubium *Ω* et lupinorum (lupinum) molitum aequis ponderibus in aqua mulsa cocta uel in uino austeri *βγ* 10 uino bis aut ter positum (posita *Orib.*) *Ca Orib.* austeri *Ha V* inposita *βγ*

4. Ad inguinis uel intertriginis molestias.

Herbae absintii surculum sumito et in semicinctio tecum portato.

Nascitur locis cultis et montuosis et saxis.

Interpolationes ex Diosc. II 30, 9 sqq.

Graeci absynthion, batypicron, Latini absintium rusticum. Absintium est omnibus cognitum, cuius probabilius genus est Ponticum, uirtutis acerrimae, feruentis et redarguentis, amarae. [Nascitur locis cultis et montuosis et saxosis.] Est praeterea aliud absintium marinum, quod quidam serifon uocant. Nascitur in Tauromenia et Cappadocia, plurimum et in Tafosiridi, Aegypti prouincia, tenuioris fructus ac seminis a supradicta et angustioribus foliis, neque sic amarum, sed odoris grauioris.

11 inguines ueluel intertrigines *Ca* intertrigines dolorem γ molestiam β 12 surculum sumis β portabis, mire sanat (mirifice facit) β 13 montuosis, cultis et saxis γ et saxis *om.* β 19 cerifion *Ha* erifion *V* 20 Apposiridi *Ha* Aposyridi *V*



CII. HERBA SALVIA

1. Ad ueretri pruriginem.

Herba saluia decoquitur et de ea aqua infricas ueretrum.

2. Ad pruriginem circa anum.

Herba saluia decoquitur et de ea aqua inferiores partes fomententur, et sedat pruriginem summe.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur cission, alii becion, alii elelisfacon, alii facos, alii sfagnos, Aegyptii anusi, Itali saluiam uocant, alii tussillaginem.

Interpolationes ex Diosc. II 44, 1 sqq.

Elelisfacos agrestis grauioris est odoris, usualis uero, quae est boni odoris ac lenioris, saluia uocatur. Est igitur frutex siue sarmentum longitudine porrectum, subalbidum, uirgis maioribus et quadratis cum foliis paulo asperis, odoris boni et fructu siue semine in summitate ramorum simili ormino agresti. Nascitur in asperis locis et est uirtutis redarguentis cum acrimonia, quae denique pro dictamno saepe uenenum eicit.

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

3 decoquito *Ca* aqua fomentas et infricas *βγ* 5 decoquito et de ea inferiores *Ca* fouentur *β* 6 summe emendat *βγ* 8 beclo *Ca* beclon *Ha V β* becion *om. γ* *βήκιον Diosc. II 44, 10* eleespacon *α* eleespacan *β et* elilisfacos *ab initio syn.* eleespascan *γ* *ἐλελίσφακον, οἱ δὲ λελίσφακον Diosc.* pacos *Ω* *φάκον codd. Diosc.* *σφάκον Wellmann* 9 spagnos *α* apagnos *βγ* *σφάγνος Diosc.* anuri *β* *ἀπουσί Diosc.* tuss(a)ellaginem *βγ* *Additam. codd. interpol. ad syn.:* profetae mira, . . . idem cor saluium (*κόρσαλον Diosc.*) 11 Elelisfacon *Ha* Elelisfacos siue ut alii sfacos uelut plurimi parciunt agrestem elelisfacon appellandam, quem est grauioris odoris, usualem uero siue simplicem sfacon, quae est boni ac leuioris Latini inter eam saluiam uocauerunt *V*



CIII. HERBA CORIANDRVM

1. Ad lumbricos.

Herba coriandrum coquitur ad tertias in oleo et in capite mittitur.

2. Mulier ut cito pariat.

Herbae coriandri semen grana XI aut XIII in linteolo mundo de tela adligato, puer aut puella uirgo ad femur sinistrum prope inguinem teneat, et mox ut omnis partus fuerit peractus, remedium cito tollat, ne intestinae sequantur.

3. Ad frigora, ad quartanas, ad tertianas et cotidianas.

Herbam coriandrum ubi mane uideris ad olitorem propositum, accedis ad eum et proicies denarium et tollis fasciculum de coriandro,

5 Ps.-Theod. p. 341, 16

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

3 coliandrum *Ca* coquito *Ca* mittatur *Ca* 6 et in linteolo mundo filo de tela *β* 7 adligabis et puer *β* ligato *γ* 8 omnia *Ω* 9 soluat *α* soluatur *Orib.* intestina *Ps.-Theod.* 10 et cotidianas *om. βγ* 12 ad eum *om. βγ* de coriandro *om. βγ*

sed noli nominare et portas tecum, usque quo hora suspecta ueniat; cum hora transierit et nihil tibi prouenerit, sub sero proicies illum post te; dum ambulas, noli post te respicere, liberabis te.

4. Ad pulices.

Herbae coriandri aquam in domo spargito.

Interpolationes ex Diosc. II 74, 4 sqq.

A Graecis dicitur coriandron, alii corion, Latini coriandrum, Aegyptii oscium. Omnibus notum frigidae uirtutis esse.

13 usque dum hora suspecta habueris γ 14 tibi *om.* $\beta\gamma$ illud *Ca* 15 post tergum ambulas β et liberabis *Ca* 16 pulices, ne in domo sint *Ca* 17 Aqua de herba coriandri in domo asparge *Vr* Herba coriandrum contere, expressum eadem aqua in domo sparge *Vi* Herbam contere coriandrum et eiusdem aquam expressam in domo asparge *B* Herba coriandrum in aqua macerabis et ipsa aqua in domo sparge γ 20 ὄχιον *Diosc.*



CIV. HERBA PORTVLACA

1. Ad semen nimium profluentem.

Herba portulaca sumpta bene facit per se et cum oxigaro.

2. Ad stomachi arsuram.

Herbam portulacam cum aceto comede, mire facit.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur †cappara, alii andrachne, profetae ema Areos, Daci lax, Itali portulaca, alii porcastrum, alii amarantos.

Interpolationes ex Diosc. I 196, 3.

Porcilaca nota est omnibus frigidae uirtutis atque redarguentis.

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

1 Porcacla *Ca* porcilaca *Ha V* poreacla *Orib.* 2 Ad sanguinis nimium profluuium *Ha V* Ad sanguinem nimium profluentem *βγ* 3 Herbam portulacam sumptam bene et cum oxigaro manducet *Vr* sumpta bene et cum oxigaro comede oportet, profluentem sanguinem cohibet *Vi* sumpta cum oxigaro, comesta sistit plenitudinem sanguinis *B* sumpta cum oxigaro *γ*, *cet. desunt* et per se *Ha V* 4 *totam curam om. Ca Orib.* inflationem *Ha V* duritiam *B* ardorem *γ* 5 Herba porcilaca purgat, et in aceto sumpta mire inflationem tollit *Ha V* 7 enderemas *α* andremas *βγ* aldrognicos *Sangall. 751 conf. Diosc. I 196, 3* emareos *Ca conf. Diosc. I 14, 9 et II 113, 12* 8 *Δάκοι λάξ Diosc. I 196, 14 conf. ἀμάραντον Diosc. II 12, 11 et II 210, 13 Additam. codd. interpol. ad syn.:* Graeci andragne (*ἀνδράχνη Diosc. I 196, 12*), idem theonima (*τηλεφώνιον? Diosc. I 254, 12*)



CV. HERBA CEREFOLIVM

1. Ad stomachi dolorem.

Herbam cerefolium uiridem cimas III colligis et puleium in ligno teris, mellis coclearium malaxas, bulliat cum papauere uiridi, et inducis in stomachum.

α : ***Ca*** (***Ha V Orib.***)   *β* : ***Vr Vi B***   *γ* : ***C***

1 cerifolium alias Macedoniam *Orib.* 3 Herbae cerefolium uiride *Ca* III *om. γ* 4 teres *Ca* coclearia *Ca* bulliat papauer uiride *Ca* bulliat et papauer uiridem *β* bullit papauer uiride *γ* cum papauere uiridi *Ha V Orib.* 5 stomachum, perfectissime stomacho prodest *β* Nascitur locis cultis uel ortis *B* Nascitur locis cultis *γ* *Synonyma codd. interpol.:* Graeci pedero (podero *V*), erotia, bootis (poadis *V*), arctofillon, erotillio, Latini cerefolia.



CVI. HERBA SISIMBRIVM

1. Ad uesicae dolorem et stranguiriam.

Herbam sisimbrium contritum excepto suco scripulos II, febricitanti ex aqua calida, non febricitanti ex uino potui dabis, remediabis mire.

Interpolationes ex Diosc. II 54, 1 sqq.

A Graecis dicitur sisimbrion, alii Afrodites stefanos, alii herpillon megan, Latini austeralis, alii menta ueneria. Est similis mentae, sed latioribus foliis atque odoris summi, uirtutis feruentis.

2 Marc. XXVI 61

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

3 sisimbrum *Ca* exceptus sucus *γ* 4 in aqua *γ* in uino potui datum, miraueris *γ* dabis, ualde optimum est *Vr Vi* dabis bibere, liberabitur *B* 8 mega *Ha V* terralis *Ha V* terralem austeralemue *Torinus* *ἕρβα Βενέρια Diosc.*



CVII. HERBA OLISATRVM

1. Ad uesicae dolorem et stranguiriam.

Herba olisatrum trita, ex passo potui sumpta stranguiriam potenter emendat.

Nomina herbae.


A Graecis dicitur smirnion, alii ipposelinon, alii selinon agrion, Itali olisatrum, Aegyptii denterobon.

Interpolationes ex Diosc. II 78, 3 sqq.

Radice alba, stomacho commoda, non ualida, tyrso molli, ueluti scripturis notato, quas Graeci grammata uocant, ⟨foliis⟩ rubris atque latis, coma libanotidi simili, semine nigro, longo, acri, cumulato masticatione atque odore aromata simulanti, uirtutis mictualis.

α: ***Ca*** **(*HaV Orib.*)** *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

3 olixatrum *Ca* holusatrum *HaV* olusatrum *Orib.* tritum *βγ* cum passo *γ* 5 *syn. om. Ca* 6 smernion *β* smyrna *γ* *σμύρνιον Diosc. II 78, 16* ypposelinon *βγ* *ἱπποσέλινον Diosc.* Itali selinon agrion *γ* 7 Latini holusatrum *HaV* oliastrum *Vr* oleastrum *B* olisatrum *om γ* Aegyptii denterobon *om. HaV, in Diosc. deest* 11 cum alibanotide similis *HaV* cumulatu *HaV*



CVIII. HERBA LILIVM

1. Ad percussum serpentis.

Herbae lilii bulbum conterito et potui dabis, ut ipsum bulbum tritum morsui adponas, sanabitur.

2. Ad luxum.

Herbae lilii folia tunsa et inposita, efficaciter sanat, et si tumor fuerit, sedat.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur crinon.

5 Ps.-Theod. p. 294, 2

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

3 Herba lilium, conterito *γ* conteres *β* in potui *Ca* ita ut *γ* 4 inponas *γ* 6 posita *Ca* 9 crinion *α* corinion *β* *κρίνον Diosc. II 113, 11* Graeci crinon uocant, alii lirion, Latini lilium, alii rosam Iunonis *Torinus ex Diosc.*



CIX. HERBA TITIMALLVS

1. Ad interaneorum dolorem.

Herbae titimalli fruticem teris et in uino ciatis II ex eadem mittis sucos coclearia II, dato ieiuno bibere, sanabitur.

2. Ad uerrucas tollendas.

Herbae titimalli lactem mixtum cum botracii herbae sucu si in uerruca posueris, tertio die sanabitur.

3. Ad fistulas.

Herbae titimalli sucum cum uino mixtum superexprimito, deinde ceteris fomentis obligato.

4. Ad lichenas qui et lepras.

Herbae titimalli flos cum resina decoctus inlinitur.

Nascitur locis humidis et ripis.

2 Ps.-Theod. p. 311, 24 8 conf. Marc. XXXI 24

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) β: ***Vr Vi B*** γ: ***C***

1 titimallo salitieae *Ca* titimallus galastices *Vi* titimallus salactice *B* *fortasse rudimenta synonymi conf. Diosc. infra* 3 teres *Ca* tere *Ha V* 4 dabis β 6 sucus Ω sucus in uerrucas inponis γ si in uerrucas inposueris β 7 sanabuntur γ 9 in uino $\beta\gamma$ exprimis β deinde teris, fomentas obligato γ 10 obligato, mirifice sanabitur β 11 Ad licenae qui et lebras *Ca* Ad lentiginem id est lepram *Ha V* Ad leprosos (leprosis) $\beta.\gamma$ Ad ligenas qui et lebrosi *Vo in tit. morb.* 12 decoctum inlinito *Ca* decocta *Vr Vi* decoque et leprosum linies et non sinit crescere *B* decoctus *om.* γ inlinitur, prodesse (dicimus et) experti sumus *Vr Vi* 13 Nascitur *seqq. om.* γ locis mundis et ubique β

Interpolationes ex Diosc. II 309, 13 sqq.

Titimalli species sunt septem, quarum alia masculus siue characias appellatur uel cometes aut amygdaloides, cobios, cometes, caracitis, elioscopos, meconitis, alypos, Latini balteum, profetae gonos Areos; alia femina siue mirtites uel caryites, chamaepitis, caryitis, Romani multilago capraria; alia paralios siue titymallus, peplis, titymallis, paralion, meconion; quarta elioscopos, dendritis, titymallis, Latini cicer columbinum, idem capraginem; quinta ciparisias; sexta dendroides; septima platyfyllos siue †persites, profetae Asclepiu diadema, Latini †titum. Igitur characias nascitur in collibus uel montuosis locis, tyrsis ultra longitudinem cubitalem, rubris, suci acrioris atque albi, foliis oliuae similibus, paulo angustioribus, sed longioribus, comae in summitate schoeni similes, uirgultis porrectis, in quibus ueluti cauliculi cum semine, radice longa; adducit fel atque flegma eius sucus [super uentrem] potui datus obolis duobus cum pusca, cum mulso autem etiam uomitum mouet. Item capillos fluentes mox, ut illitus fuerit cum oleo in sole, retinet atque renatos flauos facit. Lepras et omnes perfecte curat. Detrahit praeterea illitus myrmecia, acrocordonas, timos, inpetigines, pterygia, fistulas excallat, cangrenas, carbunculos. Item emortuos uel exesos dentes tollit. Femina autem asperis nascitur in locis et alba est, foliis similibus myrtae, paulo maioribus ac firmis et acutis, in summitate spinosis, uirgultis bipalmis, fructu siue semine nucis simili, quod leniter arguat gustum ac singulos per annos renascitur. Eius sucus plus est uomificus a supradicto. Item paralios appellata nascitur circa mare, ramis bipalmis, erectis, rubris, sex uel septem e radice uenientibus, in quibus folia parua, angusta et longa, cum capitello in summitate denso, paruo, in quo ⟨se⟩men erui simile, sed uarium, floribus albis; est tota atque radix plena suco id ipsum ualente, quod de superiore diximus. Item elioscopos appellata nascitur in hortis, ramis e radice uenientibus IV uel V, bipalmis, tenuibus, rubris, foliis portulacae similibus, paulo tenuioribus ac rotundis, capitello aneti simili, fructu siue semine uelut in foliis, coma quasi de solis motibus uel circumflectionibus conuertit. Virtute supradictae similis, sed paulo ingentiori. Item ciparisias tyrso bipalmi, nigro aut uelut rubro, foliis pini similibus, sed paulo mollioribus atque tenuioribus. Item dendritis nascitur in petris, latior atque rubrior supradictis ramulis, foliis myrtae tenuiori similibus, fructu siue semine ut characias. Item platyfyllos similis est flomi forma atque uirtute.

44 Isid. XVII 9, 77

16 amigdalo id est copios *Ha* amygdalo idem idem copios *V* *κωβιός Diosc.* 17 *μήκων Diosc.* 18 carites *HaV* *καρυίτης Diosc.* *χαμαίπιτυς Diosc. II 313, 20* *μουλτιλάγω καπρίνα Diosc.* 19 paralos *HaV* *παράλιος Diosc.* *πεπλίς Diosc. II 316, 12* paraplion *HaV* 20 *δενδρίτης Diosc.* 21 quiparisias *HaV* *κυπαρισσίας Diosc.* dentroodes *HaV* *δενδροειδής Diosc.* 22 caragias *HaV* 24 albis *HaV* 25 summitate sunt quine similes *HaV* 40 ex toto atque suco *HaV* 44 quasi di solis *Ha* quasi dies solis *V* 45 conuertat *HaV* uirtutes *V* parisias *HaV*



CX. HERBA CARDVS SILVATICVS

1. Ad infirmitatem stomachi.

Herbae cardi siluatici, quod habet in capite in summo, medullam uiridem dato ex oxigaro, edat.

2. Ad occursus malos, ut non timeas.

Herbam cardum siluaticum, si sole nouo fuerit luna in capricorno, tollis, et quamdiu tecum portaueris, nihil mali tibi occurrit.

Alii cameleon dicunt.
Nascitur in pratis et secus uias.

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

3 Herba cardi siluatici *Ca β* herba cardum siluaticum *γ* quam habet *B* in summo *om. γ* 6 siluaticum sole nouo si fuerit *Ha V* si sole nouo et si fuerit *Ca* 7 tollis eum et *α* 8 camereon *Ω* χαμαιλέων *Diosc. II 14, 7* 9 iuxta uias *βγ*

Interpolationes ex Diosc. II 14, 7 sqq.

Graeci crisisceptron, ixian, pancarpon, Cnidios coccos, ulofonon, cinomazon, cinozolon, ocimoides, Latini cardus uarianus, spinea cardus, lactea cardus, cardus niger, uernilago, ustilago. Chamaeleon est alia nigra, alia alba, quae etiam ixia uocatur, siquidem in ortu caniculae quibusdam locis secundum eius furcas album uiscum reperiatur; habet folia supra radicem crebra, aspera, spinosa atque terrae prostrata, simul cum tyrso solam spinam in medio mittit carduo similem, flores purpureos, tenues atque densos ac deinde albescentes, fructum siue semen cnici herbae similem, radicem robustam, albam, ex alto mollem, graue olentem, gustu dulcem. Item nigra, quae etiam cinomazon siue ocimos uel ulofonos a Sorano appellata est atque Dioscuride, siquidem praefocet non aliter quam synanchica passio, habet folia tenuiora atque breuiora, rubra, pinguiora, tyrsum robore digitali, longitudine saepe palmorum IV, fuluastrum, ex quo umbraculum tenue cum floribus spineis et radice ualida, nigra, densa, aliquando etiam exesa uel corrupta, fuluastra interius, quae masticata remordeat.

11 pancration *HaV* *πάγκαρπος Diosc.* quinosozon, ionozalos *HaV* *κυνόμαζον, κυνόζολον Diosc.* 12 cardus uarius, irnia cardus *HaV* *κάρδος οὐαριάνους (codd. οὐαρίδους corr. Wellmann), σπίνεα κάρδους Diosc.* 13 nigra *HaV* uertilago *HaV* *οὐερνιλάγω Diosc.* 20 quinosozon a Sorano et Dioscuride est appellata *Ha* quinosozon siue ozomo uel ulotonos a Sorano *V*



CXI. HERBA LVPINVM MONTANVM

1. Ad lumbricos et tineas.

Herbam lupinum montanum tere cum herbo et dato ex aceto ciatum I bibere, sine mora eiciet. Idem infanti cum absintio tritum in umbilico inponitur.

A Graecis dicitur termos orinos.
Nascitur secus saepibus aut locis sablosis.

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

3 tere *om. γ* cum aceto *βγ* 4 I *om. γ* 5 inponitur, perfectissime prodest *Vr Vi* inponitur, liberabitur *B* 6 termoserinos *Ca* termosurins *γ* ϑέρμος ἥμερος *Diosc. I 184, 20* 7 nascitur locis sablosis *γ* et locis *Ca*



CXII. HERBA LATIRIDA

1 Ad duritiam uentris.

Herbae latiridae semen, quod est granum, dabis purgatum potui in aqua calida, mox alueum excitat.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur coccos Cnidios, alii camelaea, Euboei apolinon, Aegyptii otheitiuium, Itali citocacium, alii latiridam.

Nascitur locis cultis et sablosis.

Interpolationes ex Diosc. II 314, 13 sqq.

Lactyris, tyrso cubitali roboris digitalis, inani, cuius in summitate furcae atque folia, alia longa, alia ut aristolocia, semine in summitate ramorum trigono et ueluti rotundo ut capparis, in qua tria semina obtecta foliis ab inuicem discernuntur, rotunda et ab eruo maiora, quae depurgata spoliis depositis alba reperiuntur et dulcia.

α*: *Ca* (*Ha V Orib.*) *β*: *Vr Vi B* *γ*: *C

1 latiriden siue purgaturia *γ* 3 semen *om. βγ* granum potui purgatum in *γ* dabis ipsum granum purgatum *Ca* dabis ex eo purgata grana VIII contrita potui *Ha V* 4 uentrem mouet *γ* 6 coccosnidos *Ca* colococ *γ* *κόκκος Κνίδιος Diosc. II 320, 13* camella *βγ* *χαμελαία Diosc.* Eupolis apentemon *Ca* Eupalis epantemon *β* alii epantemon *γ* *conf. Diosc. II 321, 2* 7 otheitiuium *Ca* otetine *β* otectin *γ* citocacim *β* *κιτοκάκιουμ Diosc.* latiridam, alii daruariam, alii purgatoriam *Vr* 8 Nascitur *seqq. om. Ca* 10 Lactyridis *Ha V*



CXIII. HERBA LACTVCA LEPORINA

1. Ad febricitantes.

Herba lactuca leporina subponitur sub puluino nescienti, remediabitur.

2. Et si pili oculis obstant.

Herba lactuca leporina pilos summe religat

Nascitur locis cultis et sablosis. Lepus aestate cum animo deficit aestu, haec herba remediat, ideo leporina dicitur.

α*: *Ca* (*Ha V Orib.*)** ***β*: *Vr Vi B ***γ*: *C***

2 Ad febrem *β* Ad febris *γ* 3 opponitur *Ca* puluino infirmo nescienti *β* remediatur *γ* 6 leporina, sucus eius pilos *γ* pilo summe relegat *Ca* 7 deficit, hanc herbam comedit, ideo *β* deficiet *γ* 8 aestu *om.* *βγ* remediat eum *γ*



CXIV. HERBA CVCVMIS SILVATICVS

1. Ad neruorum dolorem et podagram.

Herbae cucumeris siluatici radices ex oleo cibario pondo III decoques ad tertias et exinde perungues, sanabuntur.

2. Ad abortum.

Herbae cucumeris siluatici radices eius ad tertias coquat et inde se sublauet. Si quis autem ieiunus fructum eius ederit, periclitabitur, ideoque abstineat, ne manducet.

A Graecis dicitur sicis agria, Itali cucumerem siluaticum. Nascitur locis maritimis et calidis.

Interpolationes ex Diosc. II 292, 11 sqq.

Graeci elaterion, grynon, balis, bubalion, scorpion, ferombron, peucedanon, notion, Latini anguineum, cucumerem agrestem, cucumerem siluaticum, profetae hema ictinos, Punici cumsisezar. Nascitur non in arenosis locis, sed maritimis et calidis, folia similans cucumeris usualis, cum uirgultis breuioribus, radice alba, magna et fructu longitudine digitali. Omnis autem frutex amarissimus.

α* : *Ca* (*Ha V*)   *β* : *Vr Vi B*   *γ* : *C

2 *curas 1 et 2 om. Vi B* *curam 1 om. Vr, habet curam 2 sub titulo* Ad ictericos 3 pondo III et ad tertias ipsas radices inungues eum *Ca* 5 aborsum (auorsum) *Ha V* 6 sicidem agriae radicem eius *Vr* radicem eius *Ca* radices in aqua ad tertias decoquuntur et exinde *Ha V* 7 fructos *Vr* periclitabitur *Vr, cet. desunt* *curas codicum β et γ uide in Appendice* 9 sigis *γ* Itali cucumerem siluaticum *om. γ* Latini eam uocant cucumerem amarum *Vr Vi* Nascitur locis calidis *Vr* 12 critinon *Ha V* *γρυνόν Diosc.* ballis *Ha V* *βαλ<αν>ίς Diosc.* butallion *Ha V* *βουβάλιον Diosc.* scopion *Ha V* *σκορπίον Diosc.* 13 *ἀγγονίνουμ Diosc.* cucumerem siluaticum *om. Ha* 14 *κουσσιμεζάρ Diosc.*



CXV. HERBA CANNABIS SILVATICA

1. Ad mamillarum dolorem.

Herbam cannabem siluaticam tunsam cum axungia inponat, discutit tumorem, et si collectio fuerit, expurgat.

2. A frigore exustis.

Herbae cannabis siluaticae fructum tritum cum orticae semine subiges aceto et eis inpones.

Nascitur locis asperis et secus uias et saepes.

Interpolationes ex Diosc. II 157, 1 sqq.

Cannabis alia est usualis, alia agrestis, quae etiam hydropitia appellata est, siue ut Latini torminalis, radice similis altheae, quam nos ibiscum appellamus.

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***)   *β*: ***Vr Vi B***   *γ*: ***C***

1 cannabum (*in cur.* cannabem *uel* cannabae) *Ca* canabae *Vr* canape *Viγ* canapis *B*   3 Herbae canabae siluaticae contusa et cum axungia inposita discutit *β* inpone *γ*   5 Ad *βγ*   6 semine et aceto inponis, miraberis (bonum *β*) effectum *βγ*   8 iuxta uias *HaV*   11 ut Latini *om. Ha* *οἱ δὲ ὑδράστινα, Ῥωμαῖοι τερμινάλις Diosc.*



CXVI. HERBA RVTA SILVATICA

1. Ad caliginem oculorum et qui ulcera habent.

Herbae rutae siluaticae roscidae folia eius decocta in uasculo uitreo mitte, uinum uetus admisce et sic inungues.

2. Ad praecordiorum dolorem.

Herbam rutam siluaticam contunde in uaso ligneo, deinde adde tribus digitis, quod prendere potueris, mitte in calicem uini ciatum I et aquae ciatos II, da, ut bibat, et contineat se in lecto modicum, mox sanus erit.

5 Ps.-Theod. p. 294, 2

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

2 Ad caliginem *Ha*, *rel. desunt* Ad caliginem oculorum et ulcera *V* Ad caliginem oculorum *βγ*, *rel. desunt* 3 rutae montanae *Ω ex syn.* montanae, ros de folia eius cocta et in *Ca* folia cum rore matutino decocta *Orib.* roscidae *om. βγ* 4 admisce *om. γ* inmisce *β* unguis *γ* 6 rutam montanam *β* uas *uel* uase *β* uas *γ* 7 calicem et uini *α* 8 se modice in lecto *βγ* 9 mox sanus erit *om. γ* perfectissime sanat *Vr Vi* sanabitur *B*

3. Ad eparis dolorem.

Herbae rutae siluaticae manipulum in ollam nouam et aquae eminas III, mellis eodem adicito exempta ruta, et fac, ut feruescat aqua cum melle, et per triduum facis bibere et plures poteris sanare.

4. Ad eos, qui urinam facere non possunt.

Herbae rutae siluaticae caliculos IX conterito, addito aquae ciatos III et aceti eminam, subferueat, et dabis bibere dies IX continuos, sanus fiet.

5. Mulier si intrinsecus aliquid mali habuerit.

Herbae rutae siluaticae semen contritum ex uino austeri da, bibat praeter partum.

6. Ad exterminatos a uino.

Herbae rutae siluaticae semen cum uino bibat.

7. Si quem scorpio percusserit.

Herbae rutae siluaticae semen contritum ex uino dabis potui, dolorem sedat.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur piganum agrium, Itali rutam montanam dicunt. Nascitur in montibus, locis asperis.

10 Marc. XXII 1; Plin. Val. II, 17 fol. 40B

10 *curam 3 sub titulo* Ad ignem sacrum (et acoras), quae puerorum capita nudant *praebent βγ uid. Append.* 11 montanae *Ca* nouam *om. Ca Vr* 12 III et mellis *Ha V* facis *Ca* 13 melle et id per *Vr* melle id per *Ha V* triduo *Vr* facies *Ha Vr* facias *V Vi* 15 conteris (conteres, contere) et addito (adicies) *β* 16 III, aceti *βγ* subferuescat continuos da bibere in dies (diebus) *βγ* bibere continuos dies *Ha V* continuo *Ca* 17 liberabitur *β* 18 *curam ultimo loco habet Ca* aliquid *om. Ca* habuerit uel si quem scurpio percusserit *Vrγ deinde omittunt curam 7 Bγ* 19 tritum *β* tritum cum uino *γ* da, ut bibat *Vr Vi* dabis bibere, praegnanti uero mulieri ne dederis, sed non praegnanti dabis, sanabitur *B* partum, summe faciet *Ha V* partum, liberabitur *βγ* 21 *curam 6 om. β (praeter Vr) γ* Ad sternutantes uino *Ha V* Ad sternatos *Vr suprascripto* extenuatos de uino 23 *curam 7 om. Bγ uid. supra* 24 tritum *B* ex uino aspero *Vi* nomen scorpionis cloauo *Ca* 27 *syn. om. γ loco* Itali *βγ habent titulum* Nomen herbae ruta montana 28 Nascitur *sqq. om. Ca* Rutae titulum quaere supra ad hortensem rutam positum *Ha interpolationem iterat V, quod iam supra cap. XC expositum est*



CXVII. HERBA SEPTEFOLIVM

1. Ad pedum dolorem.

Herba septefolium trita, cum luto mixta, pedes perungues, tertio die dolorem tollit.

Nomina herbae.

A Graecis dicitur heptafillum, Itali septefolium dicunt. Nascitur locis sablosis et cultis.

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

2 *curam om. γ, quo loco habet duas alias curas, quae in β antecedunt hanc curam, quarum alteram et Orib. praebet, conf. Append.* dolorem uel auriginosos *Ca* 3 septemfolium *Ca* cum luteo mixto sucus pedes *Ca* cum oleo mixta *β* auriginosos perungues *Ha V* 4 die sanat *Ha V* tollit dolorem pedum *β* 6 Itali *sqq. om. βγ* Nascitur *sqq. tantum in Ha V Vr Orib.*



CXVIII. HERBA OCIMVM

1. Ad capitis dolorem.

Herba ocimum tritum cum oleo roseo aut mirtino uel aceto fronti inponitur, mire facit.

2. Ad epiforas oculorum.

Herba ocimum ex uino optimo tritum oculis inlinatur. Item ad renes in mali granati cortice bibito.

Interpolationes ex Diosc. I 210, 15 sqq.

Ocimum est herba notissima atque difficilis digestione et mutatione sui inflabilis et uirtutis mictualis.

2 Plin. XX 121; Marc. I 74 5 Plin. XX 121; Med. Plin. I 8 7 Marc. XXVI 50

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

2 *titulum om. γ* 3 trita *β γ* roseo *om. γ* 4 inponito *Ca* mire facit *om. Ca* 6 linitur *Ha V* illinitur *Orib.* 7 Herba ocimum, in mali (malo) granati cortice sucus bibitur, mire facit *β γ* in *om. Ha V* bibitur *Ha V*



CXIX. HERBA APIVM

1. Ad epiforas oculorum.

Herba apium tritum bene cum pane, oculi teguntur, mire facit.

A Graecis dicitur selinon.

Interpolationes ex Diosc. II 76, 11 sqq.

Graeci selinon, melissofillon, profetae hema Horu, Latini apium. Omnibus notum est acerrimae uirtutis esse atque mictualis.

2 Plin. XX 112; Med. Plin. I 8

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

3 pane molli *βγ* mire facit *om. Ca* 4 selion *Ca* 6 hema orum *Ha V* αἶμα Ὥρου *Diosc.* 7 esse *om. V*



CXX. HERBA HEDERA CRISOCANTES

1. Ad idropicos.

Herba hedera crisocantes, ideo quia grana fert coloris aurei, haec grana XX in uini sextario contrita, ex eo uino terni ciati bibantur per dies VII, qui per urinam exinaniuntur.

A Graecis dicitur cissos crisocantes

3 Plin. XXIV 77

α: ***L Ca*** (***Ha V Orib.***) *β*: ***Vr Vi B*** *γ*: ***C***

1 *conf. Diosc. I 248, 15* χρυσόκαρπος 2 ydropicus *γ* 3 Herba hederae crisocantes *Ca* crisocantos *L* crisocantis *βγ* feret *Lγ* fere *Ca* 4 grana XXX *Vr Vi* XX *om. B* sextario uno trita ciatum unum bibunt et per urinam inaniuntur *γ* ex oleo et uino *Ca* uino cyatum unum da, ut bibat *β* bibuntur qui *Ha V* bibat et per urinam exinaniuntur omnem humorem pessimum, haec herba utilior est hydropicis *Vr Vi* bibat et per urinam exinanitur liens hydropicus *B*



CXXI. HERBA MENTA

1. Ad ignem sacrum.

Herbae mentae sucus expressus, adiecto sulfure et aceto, et de penna inunctus sine dolore sanat.

2. Ad ulcera in capite manantia.

Herba menta contrita et inposita ulcera siccat.

A Graecis dicitur ediosmus.

α*: *Ca* (*Ha V Orib.*)   *β*: *Vr Vi B*   *γ*: *C

3 Herba hediosmus sucus *βγ*   expressus (cum) sulfure *β*   expressus, colas cum sulfure *γ*   aceto teris et *Ca*   4 penna linies, miraberis bonum effectum *β*   pinna linito, miraueris effectum *γ*   sine mora dolorem sedat *Ha V Orib.*   5 curam *om.* *γ*   capite habentibus *Vr*   capite hiantibus (hiantes) *Vi B*   6 Herba mentae contritum et inpositum *Ca*   Herba hediosmus *β*   ulcera *om.* *Ha V*   desiccat humores *β*   siccat tumores et uulnera *Orib.*   7 odiosmu *Ca*   ociosmon *Ha V*   hediosmus *β*



CXXII. HERBA ANETVM

1. Ad ueretri dolorem.

Herbam anetum conbure et cinerem eius conmisce cum melle, deinde uulnus foues ex aqua, deinde mirtino oleo calido lauas et sic medicamentum inpone.

2. Ad loca mulierum, si dolent.

Herbae aneti medicamentum suprascriptum, pessum factum, iniciatur ab obstetrice.

3. Ad capitis dolorem.

Herbae aneti flos cum oleo decoque, temporibus linito et ligato.

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) β: ***Vr Vi B*** γ: ***C***

2 ueretri pruriginem *Ca*   3 ex cinere *Ca*   et puluerem eius $\beta\gamma$ 4 et uulnus $\beta\gamma$ deinde ex mirtino α *Orib.*   et mirtino calido lauas *Vr Vi* et oleo *B*γ 5 medicamen ipsum factum inicies (iniciat γ) $\beta\gamma$ 6 *curam 2 om. Vi B*   Ad *om. Ca*   7 superscriptum *Ca*   spissum *Ca V Vr* (uel possum *Vr in margine*)   9 *curam 3 om.* γ 10 decoque et caput perungue(s), sanabitur (mirifice dolorem capitis aufert *B* et dolor abscedit *Vi*) β inlinito *Ha V*



CXXIII. HERBA ORIGANVS

1. Ad tussem.

Herbam origanum conmanducet, miraberis effectum eius.

2. Item ad tussem.

Herbam origanum in puluere mollissimo et mel ad tertias decoctum misce, et figurabis trociscos et da, bibat in aqua calida.

Interpolationes ex Diosc. II 37, 5 sqq.

Graeci Heracleotice, onitis, Asclepion, panaces, conile, Latini conila Gallica. Origani sunt species tres: prima appellata est Heracleotice, habens folia in similitudine ysopi uelut scissili umbraculo, cum semine in summitate uirgarum non frequenti uel denso; alia onitis appellata simillima ysopo, sed albidior foliis, cum semine iugi ac denso et in corymborum uice pendenti; tertia agrestis appellata est panaces uel Asclepion aut conile, ut Nicander posuit, cum uirgis bipalmis, tenuibus, cum umbraculo simili aneti et floribus albis, radice tenui, flore tamquam communis origani, sed sunt omnes acerrimae uirtutis ac feruentis.

α*: *Ca* (*Ha V Orib.*)   *β*: *Vr Vi B*   *γ*: *C

2 *curam 1 om. β γ*   3 effectum eius *om. Ha V*   4 *curam 2 om. Ca Orib.*   ad tussim *β*   ad tussem *γ*   5 mollissimo (-um) redactam (-ae) cum melle ad tertias decoctam *Vr B*   melle ad tertias decocta *Vi*   6 misce puluerem *Ha V*   misce puluerem, et in exinde facies *Vr*   misce puluerem, exinde facies trociscos *Vi*   misce puluerem eiusdem herbae et exinde facies trociscum *B*   miscis et puluerem et figurabis *γ*   da, ut bibat *Vr*   dabis, ut bibat *Vi*   dabis bibere *B*   calida, (mire) sanabitur *Vr Vi*   calida, potenter aufert *B*   8 conille *Ha V passim*   9 Gallica idem origanus. Eius sunt species *V*   11 simillima tyrso pos *Ha V*   12 coronarum uice *Ha V conf. Diosc. II 38, 15*



CXXIV. HERBA SEMPERVIVVM

1. Ad apostema.

Herbam semperuiuum cum axungia et pane et coriandrum simul contritum uice malagmae inpone, mire facit.

2. Ad emitriteum.

Herbae semperuiui folia V trita in aqua calida, potui datur.

Nomina herbae.

Alii ungulam Martis, alii ungulam Veneris, alii pratum maiorem, alii pratum minorem, alii multifolium, alii inmortale.

Interpolationes ex Diosc. II 247, 10 sqq.

Graeci aizoon, aitales, eritales, Latini semperflorium, semperfolium, auiola, semperuiuum. Semperuiui nomen sumpsit, quod sit semper uiridis

α: ***Ca*** (***Ha V Orib.***) β: ***Vr Vi B*** γ: ***C***

3 coliandrum α 4 tritam β tritum γ mire facit *om. Ca Orib.* 6 Herbam semperuiuum et sisimbrium et argimoniam (anemonem γ) et corallum uirginem simul tritum admixto cyfi (cifin *Vr* cifine *Vi* sapho *B* cyfin γ) cum aqua maiale caeleste (*om.* γ) dabis (dato γ) bibere (*om. Vr*γ), miraberis effectum (bonum) βγ dentur *Ha V* dantur *Orib.* 8 *Syn. tantum in Ca:* Alii unglam Martis, alii unciam Veneris, alii pratu maiore, alii pratu minore Alii dicunt barbam Iouis *Vr* 11 aizon *Ha V* ἀείζῳον *Diosc.* semperfolium *om. Ha* 12 semperuiuet. Semperuiuit *Ha V*

atque uigens. Nominatur denique ab aliquibus stergetron, eo quod amorifica iudicetur et sit remedium amoris ingerendi, quae etiam pro portis et pro foribus a plurimis ponitur causa expellendi odia, unde etiam ambrosia dicta propter usum sacrum. Item bufthalmos uel zoofthalmos appellata propter schema. Et enim cubitales euomit tyrsos robore digitali, maiores, facile uigentes atque pingues cum foliis pinguibus, maioris digiti crassitudine, linguatis, hoc est linguam simulantibus, in summitate, inferiora uero supinata, sed in capite praestricta, rotunditatem oculi simulantia. Nascitur in montuosis locis, in domibus etiam plurimi nutriendam serunt. Nascitur quoque parua in parietibus atque petris et rupibus atque sepulturis et umbrosis locis et uocatur ab aliquibus erithales uel micron aizoon, quod a praescripta parua sit in forma, ex una radice plurimos emittens tyrsos supernatantes uel circumdatos foliis pinguibus, in summitate acutis, ex medio tamen tyrsum bipalmem, hoc est spatio minimi digiti ac pollicis extenti prolixum, quod Graeci spithamen uocant, cum floribus tenuibus et uiridibus, sed est communis uirtus semperuiuae herbae constrictiua siue redarguens, a Graecis stiptica appellata. Denique ad eosdem usus et taliter haec habetur, ad quos perdicion et arnoglosson herbae. Quidam etiam tertiam speciem addunt, quam Graeci agrian andrachnen uocant uel Telefion, Latini illecebram, latioribus foliis et hirtis ut portulacae. Nascitur in petris et habet uirtutem acriorem, ulcerantem; cum ueteri denique adipe scrofis adhibetur, sed et duritias soluit.

13 siquidem amorifica iudicatur, quod sit remedio amoris ingerenti *V* 14 sit ad remedium *Ha* siue quod prae portis apud plurimos ponatur, hoc est pro foribus, expellenti cusa, unde *V* 16 sacrum salutis *V* 17 coeuomit *V* 19 linguatos *HaV* simulantes *HaV* 22 serum intestina *V* tupribus *Ha* tumbribus *V* 24 in *om. V* 25 supernatantes *HaV ex errore conf. περίπλεα Diosc.* 27 spithamienon *HaV* 29 Denique perdicion atque arnoglosson similiter atque similibus adhibenda est causis, sed conscribunt quidam etiam tertiam speciem *V* 32 elefion, Latini elecebram *HaV Τηλέφιον, Ῥωμαῖοι δὲ ἰλλεκέβραμ Diosc.* foliis comparatione portilacae atque hirtis *V*



CXXV. HERBA FENICVLVM

1. Ad tussem.

Herbae feniculi radicem tunsam in mero ieiunus bibat per dies IX.

2. Ad uesicae dolorem.

Herbae feniculi uiridis fascem et apii uiridis radicem, sparagi agrestis radicem, in pultario nouo mittis et aquae sextarium, ut simul ferueat ad quartas, et ieiunus bibat diebus VII uel pluribus, balneum utatur, in recente non descendat, frigida non bibat, uesicae dolorem sedat sine mora.

3 Marc. XVI 21

α: ***M*** *(a cura 2)* ***Ca*** (***Ha V Orib.***) β: ***Vr Vi B*** γ: ***C***

1 fenuculum *Ca* 2 tussim *Ha V* β 3 ieiuno dabis, ut bibat (dabis bibere) β ieiuno da, bibat γ sanabitur $\beta\gamma$ 5 fascem *om.* $\beta\gamma$ uiridis et radicem asparagi agrestis in $\beta\gamma$ 6 et mul *M* et simul *Ca* 7 ferueat (et) decoquatur, donec ad quartas ueniat et ieiuno bibere dabis (ieiunus bibat) per dies *Vr Vi* ferueant et ad quartam partem decoquitur et ieiuno da, ut bibat per dies *B* per dies *Ha V Orib.* per dies VII et plurimis diebus γ 8 utatur ita ut in frigida non descendat $\beta\gamma$ descendat neque frigida bibat, perfectissime sanabitur β uesicae *sqq. om.* *Ha V* $\beta\gamma$ *Orib.* 9 seda *M*

Interpolationes ex Diosc. II 81, 1 sqq.

Graeci maratrum, Latini feniculum. Feniculum est omnibus nota, urinam mouet, cibo data lac prouocat, sed ex eius tyrsis siue ex foliis sucus sole persiccatus acuet uisum, praeterea etiam semen eius in uirore constitutum cum suis uirgultis itemque radix; apud Iberiam etiam sucum dimittit tempore, quo florescit, admoto igne a uicinantibus, ut ex aestu eius tyrsus sucum dimittat, qui prae caeteris melior probatur ad acuendum uisum.

12 Isid. XVII 11, 4

11 feniculum, ut omnibus notum est, urinam *Ha* 12 lactem prouocans *V* 14 cum suis comis siue uirgulis *V* 15 igne ex aestu *Ha* igne quo uicinantes ex aestu et eius tyrsus atque sucum dimittat *V* 16 dimittit *Ha*



CXXVI. HERBA ERIFION

1. Ad tisicos.

Herba erifion pistata, malagmae genus inposita sanat; sucum eius potui datum, miraberis uirtutem.

Itali rutam agrestem dicunt. Nascitur in Gallia, in monte Soracti. Figuram habet apii, florem habet purpureum similem nasturcii, septem radicibus, totidemque ramulis; ipsa autem patula humo ⟨locis⟩ asperis minimeque inriguis omni floret tempore, semen habet tamquam faba.

α: ***M L Ca* (*Ha V*)** β: ***Vr Vi B*** γ: ***C***

1 erifyon *M* eryfion *L* erision *Ca* erifion *Ha V* βγ 3 pisata *Ha V* βγ uice malagmae genus *L* sanat et si sucum eius potui dederis, miraberis *L* sanat (etiam γ) sucus eius potui datus βγ 4 uirtutem eius *Ca* 5 Itali *usque ad* dicunt *om.* βγ Syracit *M* Soracte *L*γ Syracti *Ca* Socrati uel sorati *V* Siracti β 6 appii *M L Ca* purpureum his similem nasturcium *L* florem similem βγ nasturtium *M* purpur(a)e *M Ca* 7 totidem ramulis *Vr Vi*γ humo aspero nimisque omni γ 8 asperissimi nimisque in uirgis omne flore semen *L* minimisque *Ca* omni tempore florens βγ florens Ω



CXXVII. HERBA SIMFITVM ALBVM

1. Ad profluuium mulieris.

Herba simfitum album siccata, pistata et in puluere mollissimo redacta, in uino potui data mox restringit sanguinem.

Interpolationes ex Diosc. II 175, 1 sqq.

A Graecis dicitur simfiton, xiloforon, anachilis, anazelitis, Democritus emostasis, Latini conferba, hinnula rustica, allium Gallicum.

Alia est petrosa, lignosa omnis, odoris iocundi atque saliuam prouocans, ramis origano et capitellis timi similibus, radice longa, fuluastra, in robore digitali. Est et alia petrosa, quae appellatur etiam pectis, habens tyrsum bicubitem, genuculatum, inanem, in quo folia hirta, angusta et longa, ueluti cum adnationibus secundum genucula, flore nigro, fructu siue semine floccorum corticis simili, pruritum mouentem, radices exterius nigras, interius argilosas, uirtutis densabilis.

α: ***L Ca*** (***Ha V***)   *β*: ***Vr Vi B***   *γ*: ***C***

1 Nomen herbae, quem alii anugallicum simpitum uocant *L*   2 *titulum curae om. γ*   3 album *om. α*   siccata *om. Lγ*   pisata *L Ha V Vr γ*   mollissimo *om. βγ*   4 data et mox *Ca*   mox *om. γ*   sanguinem *om. α*   Haec herba mirabilis est *γ*   6 anazetesis *Ha V*   *ἀναζελῖτις Diosc.*   *Αἰγύπτιοι αἱμόστασις Diosc.*   8 alia epetrosis locis lignosa *V*   petrosis *Ha*   10 *σύμφυτον ἄλλο, οἱ δὲ πηκτὴν καλοῦσιν Diosc.*



CXXVIII. HERBA PETROSELINVM

1. Ad serpentium morsus.

Herbae petroselini puluerem mollissimum dragmam I, ex uino potui dabis, et ipsa contrita plagae inponitur.

2. Ad neruorum dolorem.

Herba petroselinum tunsa et inposita neruorum dolorem sedat. Itali †triannem dicunt.

Interpolationes ex Diosc. II 77, 8 sqq.

A Graecis dicitur petroselinon, alii smirnion, Latini apium siluaticum. Petroselinon nascitur in petris, sed est summum ac probabile Macedonicum, odoris boni, hoc est aromatici, sapore dulce, urinam mouens; medetur uentositati stomachi atque coli et his similibus.

α: ***M L Ca (Ha V)*** *β*: ***Vr*** *(tantum cura 1)* ***Vi B*** *γ*: ***C***

2 Ad morsus serpentes *M* Ad morsum serpentis *Ca* 3 Herba petrosilinon puluere mollissimo potata ex uino dabis *L* Herba petrosilino in puluere mollissimo *γ* dragma una inposita ex uino *M* 4 et *om. Ca* contrita inlinitur *L* inponis *Ca* inponitur, miraberis (bonum) effectum *βγ* 6 tunsam et factam uice cataplasmatae (quasi cataplasma) et inposita, neruorum dolorem sanat (tollit) *β* tunsa et factum uice malacma inposita *γ* et *om. MCa* sanat *L* Haec autem herba folia habet similia coriandri boni odoris *β* 12 similia *HaV*



CXXIX. HERBA BRASSICA SILVATICA

1. Ad tumores omnes.

Herbae brassicae siluaticae cinus, cum axungia uetere pisata et conmixta quasi malagma, inducis linteolo grosso aut in aluta inponis.

2. Ad lateris dolorem.

Herbam brassicam siluaticam inponis ut supra.

3. Ad podagram.

Herba brassica siluatica, idem conficies ut supra, quod si uetustissimum fuerit, eo magis efficacior erit.

α: ***MLCa*** (***Ha V***) β: ***ViB*** γ: *C*

3 brassicae folia γ siluaticae folia cum β 4 inmixta β inponis, sanabitur β inponis, sanat γ 5 *curam 2 et titulum curae 3 om.* βγ 8 idem facies (faciet), quae ut supra βγ conficis *M* supra quam (nam) si β supra, ut quam si γ uetusimum *M conf. Niedermann, Festgabe für Hugo Blümner, p. 336* uetustissimus dolor erit, efficaciter erit salus *B* 9 efficax est γ *Synonyma codd. interpol. (conf. Diosc. II 241, 10 sqq.):* A Graecis dicitur crambe, cynocharon (*κυνόμορον Diosc.*), cynocrambe, Latini brassicam rusticam, Punici burutzim.



CXXX. HERBA BASILISCA

Haec herba basilisca illis locis nascitur, ubi fuerit serpens basiliscus; non enim unum genus est eorum, sed genera sunt tria: unus est olocrisus, alius est stellatus capite aureo, tertius est sanguineus, ut minium, et ipse capite aureo. Hos omnes haec herba basilisca obtinet facile. Si quis eam secum habuerit, hos omnes obtinet, nec uisu ei malo nocere possunt. Olocrisus autem, qui dicitur criseus, quod uiderit, insufflat et incendit. Stellatus autem, qui est crisocefalus asterites, id, quod uiderit, arescit et occidit. Tertius autem, qui est ematites et crisocefalus, quod uiderit uel percusserit,

α: ***M L Ca*** (***Ha V***) β: ***Vi B*** γ: ***C***

1 basilica *MV* 2 Haec *om.* $\beta\gamma$ basilisca *om. L* 3 nomen enim unus *L* trea: una γ 4 olocrissus *Ca* olycrisus capite aureo *L* alia est stillata γ stillatus *MCa* tellatus *Vi* capite aureo *om. L* et tertius *B* tertia est sanguinea γ 5 ut minium et ipse *om. MCa* mineum *Vi*γ haec *om.* $\beta\gamma$ 6 portauerit *MLCa* babuerit *HaV*$\beta\gamma$ hos optenet *M* hos serpentes obtinet *B* 7 necuisuamala nocere *M* ne cui mala nocere possit *L* nec uisua mala *Ca* nec mala ei nocere possunt (poterunt *Ha*) *HaV* nec uisa mala ei (huic *B*) nocere β nec cuius mala nocere γ 8 cryseos *M* crisaeus *L* criseos *Ca* 9 asterites hic est qui quod *Ca* asteritis *Vi* asterites *om. B* asteris γ hic quod *Vi* id *om. B* trescit *Ca* percrescit *Vi* perhorrescit *B* occidet *M Vi* 10 ematitis $\beta\gamma$ et *om. M* crisocefalis γ

defluescit et ossa per se remanent. Omnes uiolentias eorum haec herba regula obtinet. Si quis homo eam secum habuerit, ab omne generatione serpentium erit tutus. Est autem herba talis similis salicis foliis oblongioribus et angustis, guttis aspersis nigrioribus, radix eius pedis ursi similis, lactem habens aurosum, similem celidoniae, florem autem crisococcum. Qui eam leget, mundus circumscribat eam auro, argento, corno ceruino, ebure, dente apruno, corno taurino et fruges mellitos in uestigio ponat.

Itali regiam dicunt.

11 defluescet ossa *Mγ* defluescitos sua *L* ut ossa per se remaneant *Ha V* ossua *Ca* remanebunt *β* 12 regula *usque ad* ea se *om. M* ab omnes generationes *M Ca γ* ad omnes generationis *L* ad omnia genera *Ha* ad omnes generationes *V* ab omnibus generationibus *β* 13 tutus erit *M Ca* similis *usque ad* pedis ursi *om. α* similis foliis salicis *B* similis salicis *om. γ* 14 acutis asparsis nigrioribus *γ* angustis asperis guttis *B* 15 pedi *B* pede *γ* similis rutae lacte habens *α* lac *B* lacte *γ* aurorum subsimilem *Ca* simile *B* 16 crysocaeum *L Ha V* crisocroceum *B* crysococtum *γ* Et qui *Ca* mundus sit, circumscribat *M Ca* mundus *om. γ* circumscribet *β* 17 cornu *Ha V B* ebur et dente capruno *L* dento *Ca* dentes aprino *Vi* dente caprino *B* cornu *Ha B* corno taurino *om. γ* 18 truces *Ha V* in uestigium ponis *L* pone *Vi* ponet *B γ* 19 Itali eam *L* Itali *seqq. om. β γ*

ADDITAMENTA ARCHETYPI OMNIVM CLASSIVM

Praesidium pastillorum, auxilium sanitatis, quod utebatur imperator Augustus.

Quae potio dat fortitudinem omni corpori. Quo aliud firmius nihil est, nec stomachi dolorem patietur nec iocineris nec eparis nec splenis nec ıenium nec cordis neque sciaticus erit, nec latus ei dolebit, neque pulmones nec aliquem spasmum patietur nec tussem nec perfrictionem nec coli dolorem nec disentericus erit, nec idropitia eum temptabit aut suspirium. Facit et ad coleras et ad omnes humores et ad pectoris dolore.. et ad toracem et proderit omni corpori, qui usus hoc pastillum fuerit. Facit et ad pericula mortalia, qui uenena accipiunt, et ab omni periculo liberabitur, omnia mala expellet. Accipitur quasi pastilli genus. Conpositio eius talis est:

Feniculi semen uncia I, cimini Thebaici uncia I, timi uncia I, pulei uncia I, origani uncia I, piperis albi uncia I, abrotani uncia I, piperis nigri uncia I, elelisfaci herbae, quae est saluia, uncia I, petroselini uncia I, citri semen uncia I, camedrios uncia I, cassiae uncia I, †bonia id est Iouis barba uncia I, rapae semen uncia I, nardostacios uncia I, iunci semen uncia I, eupatorii uncia I, eciu

1 Marc. XX 115; idem antidotum bis inuenitur in cod. Bamberg. med. 2 (L. III. 6), uide H. E. Sigerist, Studien und Texte zur frühmittelalterlichen Rezeptliteratur, Leipzig, 1923, p. 25 et 33

α: ***ML*** ***(HaV** in capitulo gentianae, sed multo breuius)* *β*: ***Ca*** *(uide praefat.)* ***Vr*** *(initium deest)* ***Vi***

4 in quo *β* alius *ML* firmior *Vi* 5 patientur *M* ne splenes *M* 6 nec renum *L* renium cordis *Ca* 7 nec spasmum aliquid *L* aliquod *Ca* 8 perfricationes *Vi* oculi *Ca* erit *om. Ca* hydropitiam *M* 9 suspirium facit aut colera *M* suspirium nec colera *L* colera *Caβ* coleras *codd. Bamb.* 10 toracis et prodeerit ei omni *M* toracem proderit *L* thoracis *Ca* 11 cuius usus hos trociscos facit *L* pastillo *Ca* faciet ad *Vi* periculum mortis, qui uenena accipiunt, liberabitur ab omnia mala, accipitur *L* mortalia, qui uenina accipiunt *M* mortalia, liberabitur qui *Vi* 12 liberabit et *Spengel, Philol. XXI p. 121* omnia mala expellet *om. Ca* 13 Accipiuntur quasi pastillaginus *M* eius *om. L* 14 Feniculi semen uncia I, gummin (gummae *Vi*) uncia I, cumini *β* cimini communis uncia I, cimini Thebaici uncia I, pulei *Ca* quimini *M* cumini tibaici *Vi* cymini, guminis Thebaici (thebici) *codd. Marc.* 15 puleiu *L* origanu *L* albi semuncia *β* aprotani *α* abrotoni *Vr* 16 nigri unc. I, saluiae unc. I *L* elelispati herbae uncia I *M*]elelisfago s . . . ? uncia I, herba salbia uncia I, petroselinu Macedonicu *Ca* melilisfasci *Vi* petrosilanu *M* petrosilini *L* petroselini unc. I *Vi infra post* eruscae semen 17 citra *Vr* citri semen uncia I *Vi ante* elelisfaci camedrosi *M* camedreos *Vr* cassia fistula uncia I, herba Iiobis uncia I *Ca*

radices id est capsella uncia I, ciperi uncia I, trifolii semen, quod mulieres in capite utuntur, uncia I, amomi uncia I, serpulli sicci uncia I, gentianae uncia I, aristolociae longae uncia I, rutae agrestis semen uncia I, erucae semen uncia I, acori uncia I, acini radicem hoc est samsucus siue amaracus uncia I, argimoniae radices semuncia, draconteae radicem uncia I.

Haec omnia contunduntur in uno ad puluerem lenissimum, et ita cum melle Attico teres, bene conmisces et sic contine diligenter in buxide cornea, utere quomodo uolueris, uel ante lucem dabis in magnitudinem abellanae. Hoc si usus fueris, semper incolumis perseueras usque ad diem definitionis tuae.

18 boni id est *L* boniades (s)idis *β* cassiae bonae, Iouis barbararum *codd. Marc.* 19 nardostatios *α* nardostacheus *Vi* iunci semen uncia I *om. L* eupaturi *M* eupaturio *L* eupatori *β* echu *M* ycio radicem *L* eciu radicibus *Ca* euciu *Vr* eciu *Vi* echus *uel* echios *codd. Marc.* echiu *corr. Niedermann* 20 cyperum *transposuit M post* amomi ciperu *Ca* ciperum *β* trifolium uncia I, amomum uncia I, erucae *Ca* trifolii semuncia *Vr* trifolii semen, quod in campis nascitur, semuncia *Vi* 21 serpuli uncia I et ipsum siccum *L* serpullu semuncia *Vr* sicci semuncia *Vi* 22 aristoloci longi *M* longae *om. LVr* semen *om. LVr* 23 eruscae *Vi* semen uncia I, acami radices, hoc est samsana semiuncia I, semen armoci semuncia I, draconteae radices uncia I, acoru semnncia, mellis attici quantum sufficit. Haec *Ca* acori uncia I *om. αVr* achani radicem(?) hoc est sa . . . siue armoica *M* lacani radicem hoc est samsana siue armodiam semen uncia I, uinci semen uncia, *cet. usque ad* Haec omnia *desunt L* cannae radice uncia I *Vr* acannae radices hoc est samsanae siue armocea *Vi* 25 draconteae *cet. abscissa usque ad* Haec omnia *M* radix *β* uncia I, mellis Attici quantum sufficit. Haec *β* 26 Haec *abinde mutilatus ab intio linearum M* Hae *L* in unum et in puluere mollissimo redactum reponuntur (redacta reponitur *Ca*) in pixide (buxide *CaVr*) aenea (aut cornea *Vi*), accipitur autem in magnitudinem abellanae (*cet. desunt* in *Ca*, si uis et ante lucem *Vi*). Hoc qui usus fuerit, incolumis perseuerat usque ad diem definitionis suae *β* in puluere *L* 27 et siccon diligenter habebis in buxide *α* et sic cum bene diligenter *codd. Bamb.* 29 semper incolumis perseueras *om. L* perseueras, explicit *M* tuae saluus eris *L*

CXXXI. EFFECTVS HERBAE MANDRAGORAE

Quam sic colligi oportet, quia magna est uisio ac beneficia eius; ad quam cum perueneris, ita eam intellegis: nocte tamquam lucerna sic lucet caput eius; cum uideris, cito circumducis eam ferro, ne tibi fugiat; talis ac tanta est uirtus eius, ut uenientem ad se hominem inmundum, cito ante eum fugit, ideo circumducis eam ferro et ita circa eam effodies, ne eam de ferro tangas, et diligentissime de palo eburneo amoues ante eam terram, et cum uideris pedes eius herbae mandragorae et manus eius, tunc demum et herbam adligabis de fune nouo, et postquam adligasti herbam, tunc et cani adligabis in collo, antequam canem esurientem facis et mitte paulo longius illi escam canis, quo tendens possit herbam euellere. Quod si nolueris canem decipere, quia tantam fertur ipsa herba habere diuinitatem, ut qui eam euellet, eodem momento illum decipiat — ideoque ergo, ut superius dixi, si canem nolueris decipere, facies uice manganum: si uelis perticam figere grandem, cui ligabis in cacumine funem nouum, de quo herba ligata est, ita ut se incurbet; facies quasi musciputi genus de longe, tunc demum uirtute sua pertica erigens se statim herbam mandragoram euellet. Mox uero cum tibi fuerit data in potestate, hoc est in manibus, integra herba, statim de foliis eius sucum in ampullam uitream reponis, et cum aduenerint necessitates hominibus, sic facies:

α*: *M* *(lacuna ab* oportet, *lin. 2, usque ad* habent, *lin. 48)* *L* *(ante textum Apuleianum legitur cap. Isidori XVII 9, 30; a fine manus S. XI addidit fragmenta textus Ps.-Diosc.)* **Ca** (Ha V***) **Sangall.** 751 *γ*: ***C*** *(a* cito circumducis, *lin. 6, ad* data herba, *lin. 20, omissum), ante textum Apuleianum habet γ textum capituli de mandragora ex Ps.-Diosc. de herbis femininis, ed. Kaestner, Hermes 31, p. 599 sqq., quem β unicum praebet omisso textu Apuleiano*

1 Nomen herbae mandragora effectus quem *M* Effectum herbae mandragora *L deinde additamenta, uide Append., deinde* quem sic Nomen herbae mandragorae effectus herbae mandragorae, quam sic *Ca* De mandragora. Si uolueris mandragoram colligere, quia beneficia eius magna sunt, taliter eam colliges. Noctu *Ha* nam colligis, quia magna est *in V omisso titulo* Nomen herbae mandrag. quem sic colligit oportet, quia magna *Sangall.* Effectus nomen mandragorae quem sic *γ* 2 Quem *Ω pr. Ca* colligis quia *LV* uisio hac *L* uirtus ac *Sangall.* 3 quamcumque *Ca* cum eum perueneris ita eum *L* peruenerit ita eum *Sangall.* 4 circumducit *Sangall.* 5 talis sancta est *Ca Sangall.* uiuentem ad *Sangall.* 6 citum ab ante eum *Sangall.* circumducit *Sangall.* 7 circum *Ca* 8 ebureo *L* eboreo *Sangall.* ab ante eam *Ca* ab antea terra *Sangall.* 9 herbae *om. Ca* 10 de *om. Ca* adligas herbam *Ca* ligabis collo *L* 11 ante quem *L* faciat *Sangall.* 12 escam panis *L* tendens *om. Ω pr. Ca* 13 non uoluerit canem decerpere, quia tanta uirtutem habet ipsa herba, diuicem manganum *Sangall.* qui *L* 14 eodem modo *Ca V* 16 si uis *Ca* si uoles *Sangall.* in summitate *LHa V* 19 eriget se *L* euellat *L Sangall.* 20 data herba *Ω* herba integra in manibus tuis *γ* 21 statim de folia eius in ampulla *L* de folia *Sangall.* ampulla uitrea *γ Sangall.* reponis, sic facies *Sangall.* aduenerint in necessitate homines *Sangall.*



1. Ad capitis dolorem et cui somnus non uenit.

Proanacollima in frontem inducis; sucus eius herbae eodem modo capitis dolorem sedat, etiam somnus ei cito ueniet mira celeritate.

2. Ad aurium dolorem.

Sucus eius cum oleo nardino solutum, mixturas suffundis auribus, statim mire sanat.

3. Ad podagram quamuis grauissimam de dextra manu et pede dextro.

Mandragorae tollis scripula singula et facies puluerem et dabis potui in mero per dies VII, mira celeritate sanatur. Non solum tumorem, sed et contractionem neruorum utrique ad se reuocat et etiam dolores utrique mire sanantur. Hoc auctores experimentauerunt.

4. Ad epilempticos, hoc est daemoniosos et qui spasmum patiuntur, sic facies:

De corpore ipsius herbae mandragorae tribulas scripulum I et dabis bibere in aqua calida, quantum merus continet, statim mirifice sanantur.

5. Ad filacteria infantium propter fascinum aut indicium.

Infantibus in collo suspendis in linteolo mundo et de tela ligabis, ita ut ad tempus non nomines.

6. Ad perfrictionem et neruorum contractionem.

Tollis de corpore ipsius herbae unciam I, tribulas puluerem te-

23 somnum *L* 24 Herbae mandragorae proanacollima *Ca* Ruanacollima *Sangall.* Proanacollinam γ fronte *Ca* herbae *om. Ca* 25 etiam *sqq. om. L* somni *Ca* citius *Ha V* 27 dolorem mira celeritate si sucum (sucus) *L Sangall.* dolorem mira celeritate sucus γ 28 Herbae mandragorae sucus eius *Ca* soluto, mixturam γ mixturas et suffundis *Ca* 29 sanantur *L* 30 quamuis grauis grauissimam *L* grauissima herbae mandragorae dextram manum et pedem dextrum *Ca* grauissima sit γ 32 facis γ *Sangall.* facis potum γ 33 per dies VI *Ca* per dies IX *Sangall.* sanat *Ca* sanabis *Sangall.* tumor, sed etiam contritionem *L* tumor, sed et contractio *Sangall.* γ 34 reuocat etiam *L* reuocat et dolores *Ca Sangall.* 35 utique *Sangall.* utrique *om.* γ mire *om. Ca* Hoc que autores *Sangall.* 37 daemoniacos *Ca* qui spasmum caput ic facies *Sangall.* 39 Herbae mandragorae de corpore eius tribulis *Ca* ipsius mandragorae γ tribula *Sangall.* 40 quantum erus *Ca* 41 sanatur γ 42 *curam 5 om. Ha Sangall.* filacterias *L* infantibus *Ca* indicum *L* γ 43 Herba mandragorae infantibus *Ca* suspendas et linteolo mundo de tela *Ca* 44 nominis γ 45 strictionem *Ca* profectionem *Sangall.* proficcionem γ contractiones *L* 46 Herbae mandragorae de corpore *Ca* puluere tenuissimo *L* γ

nuissimum, conmisces cum oleo suaue et perungues eos, qui supradictas curas habent.

7. Si qua generis cuiusque malitia in domo uisa fuerit.

Herbae mandragorae quantumcumque in media domo habeat, omnia mala expellit.

47 conmiscis *L* conmisce *Ca* eos quicquid *L* suprascriptas *Ha Vγ* 49 Aut si *L* qua grauis cuiusque *Ω* malitiae *L* 50 Haec mandragorae *Sangall.* medio *Ca* domum exabeat *Sangall.* 51 expellet *γ* Herbarium Apulei Platonici, quem accepit a Chironi, magistro Achillis, et ab Aescolapio, explicit feliciter *L* Explicit herbarum Apulei Platonis, quem accepit ab Scolapium et Chirone centauro, magistro Acchiui *Ca*

ANONYMI DE TAXONE LIBER

Et in hoc libello et in Sexto Placito, cum duarum classium textus ad unum textum reuocari non potuerint, a sinistra parte textum classis α, a dextra classem β leges (uide praef. p. XXI)

DE TAXONE

Idpartus rex Aegyptiorum Octauio suo salutem.

Plurimis exemplis experti sumus uirtutes tuas et prudentiam et tamen arbitror numquam incidisse tantae uirtutis remedium, quod ab Aescolapio quoque nostro expertus sum. Igitur industriae tuae notificare dignum iudicaui bestiam quadrupedem, quam nos taxonem adpellamus, quidam etiam melem dicunt.

Hunc adprehendis et uiuo dentes exime, quos maximos habuerit et ita dicis: In nomine omnipotentis decollo te, et dentes pertundes et de lino brachio ligabis in auro aut in ar-

DE TAXONE

Partus rex Aegyptiorum Octauio Augusto salutem.

Plurimis exemplis expertus sum uictoriam tuam et prudentiam et tamen arbitror numquam incidisse manus tuas tantae uirtutis remedium, quod ab Aesculapio repertum est, quod ego cum maximis indiciis, cum adessem in exercitu meo, expertus sum, conditioni tuae dignum. Operae pretium iudicaui . . . bestiolam hanc quadrupedem, quam nos taxonem adpellamus, quidam etiam melem dicunt, et ideo ne quis maleficus te tuosque nocere possit † neque defectionibus quod exercitui meo in armis contingat. †

Quem prendis et ieiuno extrahis dentes, quos magnos habuerit, et cum extraxeris, has preces dices: Butabar torthon hydran cermalis metonbor loro namdison tha saniorden. Haec

α: ***L Ha*(*A*)**

1 taxone, Latini autem maledicunt *L* De usu taxonis et aliarum bestiarum. De taxone quem Latini mele dicunt *Ha* 2 Iapartus *Ha* 7 Scolapio quoque expergimus nostrum *L* 9 cognationis dignum *L* dignum duxi de quadrupede bestia quam *Ha* 11 quem *L* 12 melen *Ha* 13 adprehendis set uiuo *L* adprehendens uiuo *Ha* 14 habuerit ita dicens *Ha* 16 pertunde *Ha* cum lino *Ha* 17 brachium *L* adliga et *Ha*

β: ***Ca** (multae lacunae) **Vi Ber***

1 Incipit de quadrupedibus Quadrupes taxo, qui ab aliis melote dicitur *Ca* Libellum medicinale in graui factum de melle bestiola, quam alii taxonem uocant *Vi* 2 Partus *om. Vi* Octauiano *Vi* 5 his tamen *Ω* 7 tantae utilitatis uirtutes *Vi* tanta est utilitas virtutem *Ber* 8 ab Scolapio *Ca* ab Asclepio acceptum est quod cum maximis curis edictisque meis exercitum meum meruerimus controuersiae tuae conditioni dignum operae pretium iudicabimus *Vi* ab Asclepio accetum est quem cum maximis curis(?) editisque meis controuersiae tuae conditioni dignum operae pretium iudicauimus *Ber* 12 hanc *om. Vi* 13 quam uos taxonem adpellabis *Vi* taxionem *Ca* 14 melonem *Ca* mellem uocant *Vi* melem uocant direximus et ideo *Ber* 15 et ideo *lin. 15 usque ad* ipsum pedem *lin. 34 om. Ca* 16 defectionibus quod quod exercitui meo maximis habuerit *squ. (lin. 20) Ber* 17 exercitu *Vi* 21 But habar borthon hydram cerbalus metonbor boromadis onthasa iordem (iordeni?) *Ber*

gento, sic ut corpus tangat; ita neque sidus neque caniculae tempestas neque homo malus neque pestilentiae neque incursus mali nocere poterunt, et si quid fuerit mali, statim disrumpitur, sic ut sonum audias.

Pedes quoque eius dextrum priorem his uerbis tollis: In nomine dei uiui tollo te ad remedium; in quacumque contentione uel in pugna fueris, uictor euadis, dum pedem eius tecum habes.

Adipe quoque eius equum aegrum perungues, statim ei febres declinant, dumtaxat sibi uita superest, nam eius prorogat tempus; quod si maior morbus fuerit, celerius recedit, et sanguinem cum sale minuto conmixtum equis et mulabus et quaecumque quadrupedia uidebuntur pestilentia laborare, per triduum per cornum deicito, prout fuerit magnitudo pecorum.

Cerebrum eiusdem coquis in oleo sextariis III in olla rude, donec tertia pars decoxerit, reliquum percola, et si quis capitis dolore uel pedum uexatur, caput a balneo curet per triduum. Idem et pedes emendabit etiam comitiali morbo laborantes, et quod insanabile uidetur, remediabit.

nouies dices uerba et hos dentes melis pertundes et ex auro in brachio ligabis tibi et tuis adhaerentibus sic ut corpus tangat et nec sidus nec caniculae tempestas nocebit nec pestilentia neque occursus malus nocere poterit, aut si quid fuerit, statim dens rumpit.

Pedem eius dextrum isdem uerbis incantabis et in quacumque contentione uel pugna fueris, superior eris, cum habueris tecum ipsum pedem.

De adipe quoque eius equum aegrum perungues et statim ei febres declinant, dumtaxat sibi uita superest, nam eius prorogat tempus, et si maior fuerit morbus, celerius recedet.

Cerebellum eius in oleo decoquis sextariis III in olla rude. deferueat, donec tertia pars eius remaneat, et reliquum percola, et si quis capitis dolore uel pedum uexatur, a balneo curet caput uel pedes per triduum, et si antiquus dolor fuerit. Et eis proderit, qui comitiali morbo labo-

18 ut in corpus *L* that they may not touch thy body *A* idcirco neque *Ha* 19 caniculae aut tempestas *Ha* 21 sed nec incursus *Ha* poterit *L* 23 *conf.* as was the girdle of Obadiah the prophet *A* 25 isdem uerbis *L* 26 uiui *om. L* tolle *Ha* et in quamcumque *L* 27 in *om. Ha* 28 fuerit *L* euadis, si pedem hunc tecum habueris *Ha* 30 Adipem *L* si aegrum perunxeris *Ha* equum aegrum *L* 31 statim febris ab eo recedet *Ha* 32 si uita *Ha* uitam *L* 33 nam morbus prorogat *LHa* 34 morbus maior *Ha* recedet *Ha* 36 cum equis *Ω* 37 uidentur *Ha* 38 triduo per cornu *Ha* 40 pecoris *Ha* 41 eius *Ha* coqueris *B* coque *Ha* 45 a *om. Ha* 46 emendabis *L* orbis *Ω*

25 pertundis *Ber* 27 tangat *om. Vi* 29 malos *Vi* 30 dentem *ViBer* 35 et adipem *Vi* eius hisdem (his *Ber*) uerbis incantabis et quemcumque aegrum *ViBer* equum *om. Ca* 36 unxeris, statim febres detrahit *ViBer* 37 dumtaxat eum qui uitalis superest *Vi* eum qui est uitalis superest *Ber* uitam *Ca* 38 nam si morbus prorogat tempus et maior *Ca* nam non prorogat *Vi* prolongat *Ber* et *om. ViBer* 39 morbus uel causa fuerit *Vi* 40 recedit *ViBer* 41 Tereuellum (Cereuellum *Ber*) eius decoquis in olei (oleo *Ber*) sextarios tres *ViBer* in olla rude *om. Ber* 44 reliquum per loca *Ca Vi* percolabis *Ber* capitis uel pedum dolorem *ViBer* ab alieno *ViBer* 46 pedes liberabitur per *Vi* pedes emendabitur et si antiquus fuerit *Ber* 48 morbo uexantur *ViBer*

Item iocinera eius circa fines urbis tuae aut circa fundos obrues secundum terminos. Cetera autem pars iocineris et cor, ad portam obrues, per quam tu ire et redire soles, omnis pestilentia amota erit, et iam facta nihil nocebit, etiam ab igni minus erit periculum.

Item omnibus notum est pellem eius circumdari canibus, ne pestilentia laborent. Etiam omnibus quadrupedibus proderit. Ex ea pelle pelliculam in calceis habeto, pedibus non laborabis.

Volo credas, sacratissime imperator, hunc bestiolum prodesse, si castimonialibus diebus usus fueris.

Si carnem eius coxeris et ex eo urbem tuam lustraueris, et exercitibus proderis.

Item si quid malefactum fuerit et non potuerit rebus ueneriis uti, testiculos in melle coquat et ex aqua fontana, quae sit perennis, ieiunus per triduum edat, emendabit.

rant, et quod insanabile uidetur et quod inueteratum fuerit, in uase rude cum feruescit.

Has preces dices: Horner laxi abcol fecesitias et ior dodienlaecaon utus celi libera.

Pellem eius canibus circumdari, ne pestilentia laborent. Ex ea pelle pelliculas in calce habeto et ex oleo eius curato pedes, tibi non laborabunt.

Si cui malefactum fuerit et non potuerit rebus uenereis uti, testiculos eius cum melle decoque et ex aqua fontanali, quae est perennis, si ieiunus per triduum bibat, remediatur, sic ut deficere non possit.

Sanguis eius, sicut omnibus notum est, cum sale minuto miscebis. Equis et mulis et bubus et quibuscumque animalibus et quadrupedibus maxime, qui uidebuntur pestilentia laborare, per triduum continuo per cornum coicito, prout fuerit magnitudo pecoris, statim remediabitur.

Iocinera eius circa fines urbis tuae ⟨obrues⟩ aut secundum terminos fundi tui. Plures autem partes habet iocineris, quam alius quadrupes. Haec a grandine non periclitantur.

Cor eius ad ipsam portam obrue, per quam tu ipse ire aut uenire consuisti. Omnem pestilentiam carebunt,

50 fundus *Ω* 51 Cetera uero *Ha* 53 qua tui ire et redire soli sunt *L* 54 pestilentia effugabitur, sed et a periculo ignis tutus eris *Ha* 55 etiam factum erat nihil *L* 57 Item quod omnibus *Ω* 60 pelle *om. Ha* 61 calciamento *Ha* et in pedibus *Ha* 64 hanc bestiolam *Ha* catimoniales *L* castimonialis *Ha* 66 Carnem eius ex eo orbe *Ha* 67 et exercitibus *om. Ha* 69 Item *om. Ha* 70 testiculum *Ha* 72 fontanta *Ha* sit perennis et ieiunus *L* sit iugis *Ha*

50 fuerit proderit in *ViBer* inueteratum *usque ad* sanguis *(lin. 66) om. Ca* 52 Horner laxi habal fegel cisine et torodien lactaon butus celi libera *Ber* 55 circumda *Ber* 57 pelle caligulas in callecto habeto *Vi* ex ea pellicula in calce *Ber* 61 diebus uenereis *Vi* rebus ueteris *Ber* testiculus *Vi* 62 de quoque *Ber* 63 perenni *Vi* 66 sicut hominibus *Ca* sic omnibus notus (notum *Ber*) *ViBer* 67 equis cum mulis *Ber* 70 uidentur *Ber* 71 triduo *Vi* 72 cum cornu dato *Ca* 74 Iocinera *usque ad* expiabitur *lin. 83 om. Ca* 75 tuae aut circa fundos urbis aut circa secundum terminum *Vi* urbis. aut circa secundos *Ber* 77 alie *ViBer* Has *Vi* 78 periclitatur *Ber* 80 ipse pergere aut uenire consueuisti *Ber*

etiam et si quid antiquitus fuerit, expiabitur.

Pellem eius decoque ex aqua fontana, domum lustra ex ramis lauri, et tibi et domui tuae proderit.

Volo credas, amice carissime, hunc bestiolum perpetuo prodesse populo Romano. Si castimonialibus †carne eius his diebus V usi fuerint, et ex eo quod urbem lustrant et ad portas singulas defoderit omnem pestilentiam remota, maxime ab igne tutum erit, non erit periculum exercitibus tuis, prodest aduersus pestilentiam, quam barbari inferent pugna†.

82 fuerat *Vi* 84 eius item *Ber* et ex *Ber* 87 Volo ut credas *Vi Ber* hanc bestiolam aptam esse medic . . . *Ca cet. des.* 92 defoderint *Ber* 93 remotam *Ber* 96 infertur *Ber* pugna *om. Vi* De mele bestiola liber medicinae in breui factum explicit *Vi* De melle bestiolo quam rex egiptiorum libellum octauiano augusto direxit feliciter explicit *Ber*

LIBER MEDICINAE

SEXTI PLACITI PAPYRIENSIS

EX ANIMALIBVS PECORIBVS ET BESTIIS VEL AVIBVS

Bestiarum ordo classis β, qui est: 1, 3, 2, 4, 7, 13, 8, 10, 11, 12, 9, 14, 15, 16, 6, 5, 17 etc. ordini classis α adaequatus est; idem in singulis curis factum est neque in apparatu critico notatur, cum qui fuerat pridem bestiarum ordo a capite ad membra inferiora pergens iam in archetypo haud raro permutatus sit.

LIBER MEDICINAE SEXTI PLACITI PAPYRIENSIS EX ANIMALIBVS PECORIBVS ET BESTIIS VEL AVIBVS

I. DE CERVO

1. Ad omnes humores.

Cornus ceruinus habet uim omnes humores siccandi et ideo ex eo in colliriis ocularibus utuntur.

2. Dentes si laxi fuerint.

Cornus conbustus, tritus dentes, qui mouentur, confirmat, si ex eo pro dentifricio utatur.

3. Ad capitis dolorem.

Cinerem corni ceruini dragmam I cum uini sextario et aquae II bibat. Etiam et uentris dolorem arcet.

I. DE CERVO

⟨1. Ad omnes humores.⟩

Cornus ceruinus habet uires ad omnes humores exsiccandos et ideo ex eo in colliriis ocularibus utuntur.

2. Ad dentes, qui mouentur.

Cornu cerui conbustum dentes, qui mouentur, confirmat, si eo pro dentifricio, cinere eius usus fuerit.

3. Ad morbum regium.

Cornus ceruini puluerem dragmam I cum uini ciato I et aquae ciatos II potui dabis, miraberis effectum bonum. Eadem ratione uentris solutionem cohibet.

α 6 Plin. XXVIII 178

α: ***L Ha*(*A*)**

in codicibus classis α titulus libri deest omnes homines *LHa* 3 Ceruinum cornu *Ha passim* 7 Cornu conburatur et conteratur et dentes conmotos confirmat *Ha* 9 dentifrictio *Ω* 11 Cornu cerui in cinerem redactum dragmam *Ha* 13 et uentris etiam dolorem sedat *Ha*

β: ***Ca Vr Va Vi***

titulus libri integer in Va Incipiunt capituli libri medicinarum placidi actoris ex animalibus pecoribus bestiisque et auibus *HS* *initium libri deest in Vr* *titulum sequitur conspectus titulorum ex eodem ordine, qui in libro seruatur in Ω, ideo omisimus* 3 Cornus cerui *Vr Va Vi* uirtutes *Va* ad *om. Vr Vi* 4 exsiccandos in colliriis oculorum *Va* et ideo ex eo *om. Vi* 5 oculari utuntur *Vr* oculari untur *Va* 6 mouuntur *Vr Va Vi* 7 Cornum *Vr Va* 8 mouuntur *Vr Va Vi* 9 cinis eius *Vr Vi, in Ca lacuna* fueris *Vr Va* 11 Cornus cerui in puluerem redactum et exinde dragmam *Va* cerui in puluerem *Ca* cerui *Vr* cerui cornum *Vi* 14 Ad uentris solutionem eadem *Vr Va Vi* ratione nominare cohibetur *Vr Vi* ratione ut supra nominus cohibetur *Va*

4. Ad profluuium mulieris.

Cornus ceruinus tunsus, cum uino mixtus, bibat, sanabitur.

5. Ad lumbricos necandos.

Cornus ceruinus conbustus, in aqua calida bibat, lumbricos necat et eicit.

6. Ad serpentes necandos.

Cornum ceruinum conbure, ubi fuerint serpentes, effugat eas.

7. Mulier si a uulua obfucatur, quod nequissimum uitium Graece isterice pnix dicitur.

Corni ceruini puluerem per triduum potui cum uino dato, si febricitat, in aqua calida, miraberis effectum.

8. Ad splenis dolorem aut si in eo humor fuerit.

Cornum ceruinum conbustum ex oximelli datur potui, splenem siccat et dolorem tollit.

9. Ad inpetigines sanandas.

Cornum ceruinum conbustum, cum aceto tritum, mirifice sanat.

10. Ad inpetigines de facie tollendas.

Cornum ceruinum conbustum, in sole faciem line et detersa subinde renoua, sed hoc sub ortu solis facias, mire sanat.

4. Ad profluuium.

Cornu ceruinum conbustum, mollissime detritum, potui datur.

5. Ad lumbricos.

Cornus ceruinus datus eodem modo, ex uino aut ex aqua calida, lumbricos eicit.

6. Ad serpentes effugandos.

Cornus ceruinus conburatur.

7. Ad uuluae subfocationem.

Cornu ceruinum conbustum olfaciendum dabis mulieri.

8. Ad inpetigines tollendas.

Cornum ceruinum conbustum, cinis eius cum aceto scillitico in sole loca; ubi sunt inpetigines, linito; sanabitur, ita ut miraberis.

15 Cornu ceruinum tunsum *Ha* 16 mixto *Ω* 17 necandos lumbricos *Ha* 19 eiciet *L* 22 serpentes et fugabuntur *Ha* 23 offocatur a uulua *Ha* 24 nequissimum *translat. post* puluerem *in L* 25 hystemcepnizan *Ω* 26 Puluerem ex ceruino cornu per *Ha* triduum pulueri potui *L* 30 aut si in eo humor fuerit *om. Ha* 32 et ex *L* 33 et splenem *Ha* 35 sanandos *L* 41 solem *L* lini *Ha* 42 in ortum *Ha* faciens *Ha*

16 profluuim mulieris *Va* 18 dabis, resistit sanguini *Va* datur, reprimit sanguinem *Vi* 20 Cornum ceruinum *Vr* datur eodem modo uel limatus (limatum *Vr*) *Vr Va Vi* 21 limatus ex uino dabis et ex aqua calida *Vr Vi* limatus cum uino aut ex aqua calida, liberabitur *Va* lumbricos eicit *om. Vr* lumbricos foras expellit *Vi* 24 conburitur *Vr* conburis *Vi* et serpentes effugiunt *Vr Vi* 26 olefaciendum *Vr Vi* 28 inpedigines *Vr* inpendigines *Va Vi* tollendas *om. Vr Va Vi* 29 cinus *Vr* cinere *Va* 30 eius *om. Ca* 31 linitum *Ca* linitos *Va Vi* sanabit *Ca* sanabuntur *Vr* 32 ita *om. Vr* ut miraberis *om. Va Vi*

11. Ad intertriginum dolores.

Cornum ceruinum conbustum dragmas III, adiecta spuma argenti dragmis II, ex ceroto macerato mixtum, intertrigines dolentes mire sanat.

12. Ad inguina, quae exeunt et surgunt.

Patella ceruina, hoc est genu, si tecum habeas, non surgunt inguina et quae ante surrexerunt, eadem tacta recedunt.

13. Ad concubitum excitandum.

Testiculum ceruinum siccum, aliquam partem, potui cum uino dato tritum, concubitum excitat.

Item moium eius tritum et potui sumptum idem facit ad quod supra.

14. Ad serpentium morsus.

Natura ceruina sicca et cum rosa sicca dragma I, in sorbitione ouali sumpta; idem potatus uiperarum morsus efficacissime curat.

15. Ad stranguiriam uel aborsum.

Pili ceruini, ex his subfumigabis, mulier sanabitur.

9. Ad intertrigines.

Cornu cerui, cinerem dragmas IV, argenti spumae dragmas II, aluminis scissi obolos II, cerotum ex oleo mirtino factum conprehendis, sic uteris.

10. Ad inguina.

Cerui patellam si tecum habueris, inguina tibi non tumescunt, et si antiquus tumor fuerit, adeptus recedet.

11. Ad concubitum excitandum.

Cerui testiculos siccos, aliquam partem potam, concubitum excitat; ita fit, sed cum uoluntate.

12. Ad serpentium morsus.

Cerui natura sicca, si deraseris dragmam I et in sorbitionem †in ouo ex eo †posueris; idem potus omnes morsus serpentium innocuos facit.

13. Ad conceptum, ut mulier concipiat.

Lapis, qui in uulua aut in uentriculo inuenitur, filacterium est; praegnanti uero efficit, ut partum perferat, quod ratio colligit uelocissimum esse illud animal nec tamen aborsum facere.

Ut supra simili ratione ossucula inueniuntur aut in corde aut in uulua, quae idem praestant.

β 54 Plin. XXVIII 247

44 Ad tetriginum *L* Ad tetrigenum *Ha* 45 ad dragmas *Ha* 46 duorum dragm. *Ha* 49 exurgunt *Ha* 52 genuinum *Ha* inguine *Ω* 55 *cur. 13 om. Ha, habet A* 63 sorbitione oboli sumpta *Ω* 68 Ex pilis ceruinis subfumigabis et mulier *Ha* subfumigaberis *L*

34 Cornu ceruini *Ca* corni ceruini *Vi* dragmas III *Vr* 35 spumam *Va* spuma *Vi* aluminis scripulos *Vr* 37 facito con apprehenso *Vr* facito, conprehende *Va* facies et apprehenso *Vi* 39 ingunum *Va* 41 tumebunt *Vr Va Vi* 42 uelociter recedit *Vr Vi* 47 uoluntate uenus *Va* 48 morsos *Ca* 49 desiccatam *Vr* siccata(m) *Va Vi* 51 in ouo eo potaueris omnis *Va* 52 serpentis *Vr Vi* serpentis aput te innocuus fiet *Va* 53 erit *Vr* fiet *Vi* 54 ad conceptum *cet. des. Ca* 56 Lapidis que *Va* 58 efficit partum mulier perferat *Vi* 59 eo quod *Va* collegit *Vr* 61 abortum *Vr* 62 ratio *Vr* 63 inuenitur *Vi*

16. Ut mulier concipiat.

Ossacula similiter inueniuntur in corde cerui aut in uulua eius; quae idem praestant; nam si brachio eum ossiculum suspendas, efficacissime mulier concipit.

17. Ad intestinorum dolorem et si turmina fuerint.

Medulla ceruina remissa in aqua calida, potui dabis, mire sanat.

18. Ad serpentes fugandos.

Medulla ceruina incensa, de ea subfumigabis, aut tecum habeas, effugat serpentes.

19. Ad perniones.

Seuum ceruinum conbustum simul cum ostrea testa minuta conmixtum et factum quasi malagma, inpone, mire sanat.

14. Ut mulier non concipiat.

Idem ossum inuentum in brachio suspensum efficit, ne mulier concipiat.

15. Ad turminosos.

Ceruina medulla remissa in ptisana et infusa turminosis erit remedium. Idem facit sebum eius. Medulla autem eius serpentes fugat, si eam subfumiges aut iuxta te habeas. Pili eius subfumigati stranguiriae adferunt remedium et aborsus faciunt.

16. Ut serpens non accedat ad hominem.

In ceruina pelle si iacuerit, nullus ad hominem serpens accedit.

17. Ad uentrem stringendum.

Si de natura cerui ex uino Signino aut austeri potaueris, uentrem restringit. Idem facit, si ex eodem magnitudinem nucis coieceris in lenticula uel in pulte et edideris.

18. Ad effugandos serpentes.

Ex natura cerui si totum corpus unxeris, nullus serpens tibi nocebit.

α 70 Plin. XXVIII 247

71 similiter *om. Ha* 72 ceruia aut in puba *L* 73 praestat *L* praestant; si haec in brachio suspendas *Ha* 78 remissa *om. Ha* remissa potui dabis in aqua calida *L, conf. A* 81 Medullam ceruinam incensam tecum habens cum eadem suffumiga locum, in quo es, et effugat serpentes *Ha* a harts marrow burnt till it smokes, or do thou have it with thee; it putteth the snakes to flight *A* incensa et de ea suffumigabis, ita ut tecum habeas, serpentes fugat *L* 86 conmixta et facta *L*

70 missa *Ca* tisana *Vr Vi* 71 magnum remedium *Vi* remediatur *Va* 72 sibum *Ca* et medulla eius *Vr* 73 autem *om. Vi* effugat *Vr Va Vi* 74 habeas, auxilium maximum tibi est *Va* 75 Pili *seqq. om. Vr Va Vi* 78 ad *om. Vr* 79 cerui *Vr* iacueris *Vi* 80 accederit *Ca* accedat *Vr* 85 lenticla *Ca* 86 pulte edideris, restringit *Vi* 87 Ad serpentes effugandos *Ca* 89 . . . neque applicatum habebit *Ca*

II. DE VVLPE

1. Ad mulieres, quae in locis inferioribus subfocationem patiuntur.

Articulamenta uulpis in oleo ueteri una cum bitumine pro cataplasma subposita mulieribus subfocationem sanat.

2. Ad alopicias sanandas.

Simili modo ut supra inlitum capiti mire sanat.

3. Ad aurium dolores.

Simili modo ut supra instillato, mire sanat.

4. Ad splenis dolorem.

Pulmo uulpis in cinere calido coctus et tritus, in potione datus splenem mirifice sanat.

Iecur autem ut supra potui datum mire sanat.

5. Ad suspirium.

Pulmo uulpis, ex uino nigro ut supra potui datum mire sanat.

6. Ad parotidas.

Testiculum uulpis, saepius ex hoc parotidas confricato, dissoluit eas.

II. DE VVLPE

1. Si loca mulieris matrice subfocantur.

Vulpis articulamenta in oleo uetere una cum bitumine cocta, pro pesso subposita mulieribus istericas pnigas, id est locorum, sanat.

2. Ad alopicias

Ut supra capite inlinitur, sanat.

3. Ad aurium dolorem.

Instillata aurium dolorem sanat.

4. Ad splenis dolorem.

Vulpis pulmo in cinere calido obrutus et in potione datus ieiuno splenem tollit.

Idem facit iecur eius similiter potatum.

5. Ad suspiriosos.

Vulpis pulmo, ex uino nigro datum suspiriosos emendat.

6. Ad parotidas.

Vulpis testiculos, si saepius parotidas fricauerit, dissoluit.

α 24 Marcellus XV 74

α: ***L Ha (A)***

2 Mulieribus *Ha* quae loca inferiora *L* 7 subposita sanat *Ha* subfocationum *L* 13 stillatae *L* instillato in aures *Ha* 16 cinere assatus *Ha* coctus in positione tritus potui datur *L* 18 mirifice *om. Ha* 19 Idem et iecur ut supra splenem tollit *Ha* 25 ex hoc *om Ha*

β: ***Ca Vr Va Vi***

2 Si mulieri matrix subfocatur *Ca* mulierum subfocantur *Va* matrices *Vr* 4 articulos mitte in oleo uetere uncia una cum *Va* 5 decocta spissa pro spesso *Vi* 6 (h)ictericas *Ω* phinicas *Ca Va* phinucas *Vr* pfisicas *suprascript. in Vr* physicas *Vi* 9 supra facis et in capite inlitum sanat *Ca* inlinitus *Vi* 10 Ad dolorem auricularum *Vr Vi* auriculorum *Va* 11 Ut supra stillata auriculorum dolorem mire tollit *Va* auribus dolorem tollit *Vr* auribus ut supra dolorem aurium tollit *Vi* 13 pulmon *Vr* pulmonis *Va* pulmonem *Vi* obrutum ut coquatur et contritum *Vi* 14 et in uini potionem da, ut bibat, contritum splenem consumit *Va* datur *Vr* 16 similiter si bibatur *Ca* si potatum fuerit *Vi* 19 cum uino *Va Vi* datur *Ca* datum bibendum suspiriosos prodesse dicimus, suspirium tollit *Va* 20 suspiriosos liberat *Vi* 21 pariotidas *Vr Va Vi* 22 saepe *Vr Vi* 23 fricaueris *Vr Va* confricueris eosdem *Vi* dissoluit eas *Vr*

7. Ad inguinum dolorem.

Testiculum uulpis, ut supra si saepius confricauerit, cito sanat.

8. Ad faucium dolorem uel tumorem.

Renes uulpis in melle, saepius fauces tumentes confrica.

9. Ad capitis dolorem.

Natura uulpis circumaddita capitis dolorem statim tollet.

10. Ad coitum.

Summa pars caudae uulpis in brachio suspensa, inritamentum ad coitum credat.

11. Ad morbum articulorum.

Vulpem uiuam in uaso amplo decoctam, ut sola ossa relinquantur, mire sanat, si saepius in aqua tamquam in †uaso descenderit. Debet autem quotannis hoc adiutorium uti.

Si quis uoluerit, idem praestat oleum, ubi decocta fuerit, si quis illo modo hoc opus utatur.

12. Ad aurium dolorem.

Fel uulpis in aurem cum oleo stillatur, mire sanat.

13. Ad caliginem oculorum.

Fel uulpis cum melle Attico conmixtum, oculi inuncti mire sanantur.

7. Ad inguina et paniculas.

Simili ratione discutit.

8. Ad faucium tumorem.

Vulpis renes ex melle facti, egregie faucium dolorem tollet, si melle subinde confricentur.

9. Ad capitis dolorem.

Vulpis natura circumdata capiti, capitis dolorem tollit.

10. Ad inritamentum concubiti.

Vulpis cauda summa ad brachium suspensa inritamentum est concubiti.

11. Ad aurium dolorem.

Vulpis fel stillatum auribus, dolorem aurium tollit.

12. Ad caliginem oculorum.

Vulpis fel cum melle Attico conmixtum, caliginem tollit.

α 41 Plin. XXVIII 220

27 Testiculo uulpis si saepius inguina confricaueris *Ha* 30 dolorem uel *om. Ha* 33 confricaberis *L* 38 Summam partem *Ha* in *om. Ha* 39 suspende *Ha* 42 Vulpis uiua in amplo uase decocta multa ossa relinquit *Ha* 45 discenderit *L* 46 autem quod inanis hoc *LHa, conf.* and every year he shall prepare himself this support *A* ut *Ha* 48 si oleum *LHa* 49 modo uult, utatur *Ha* hac opus *L* 51 si in *Ha* 52 mire *om. Ha* 54 uulpi *L* Atticum conmixtus *L* 55 eo oculi *Ha* mire *om. Ha*

25 Idem ut supra simili ratione inguine perfricatas paniculas dissoluit *Va* ratione facies et discutit ut supra dolorem capitis *Vi* 26 tumores *Vr Va Vi* 27 *cur. 8 et tit. cur. 9 om. Vr Vi* Vulpis renisculi cum melle decocti egregie faucium tollit dolorem, ita ut de melle non cocto confricantur *Va* 31 capiti *om. Va* 32 dolorem capitis mire aufert *Vi* 35 esse *VrVaVi* concubiti dicimus *Va* 36 *cur. 11 om. Ca* 37 felle *Va* dolorem perfectissime tollit *Vi* 38 mirifice tollit *Va* sedat *Vr* 40 felle *Va* conmiscis et uteris *Va* mirabiliter tollit *Va* perfectissime tollit *Vi*

14. Ad aurium dolorem.

Adipem uulpis remissum, instillatum mire sanat.

15. Ad pedum dolorem.

De uulpina pelle interior pars calciamentorum fiat, et podager ex eo oleo unguat pedes, leuiores habebit accessiones.

13. Ad aurium dolorem.

Vulpis adipem, solutum et stillatum aurium dolorem tollit.

14. Ad podagram.

De vulpis pelle interior pars calcei fiat et podagrici utantur, leuiores habebunt accessiones.

57 Adeps *Ha* mire *om. Ha* 61 et podagricos pedes ex eo oleo unguat, leuiorem incessum habebit *Ha*

43 solutam et stillatam auribus aurium *Ca* 44 aurium emendat dolorem *Vr* 45 Vulpis pellem *Vi* pellem *Vr* pellem interiorem partem *Va* calciefiant *Vi* fiant *Ω* 48 habebit *Vi* accessiones *om. Va*

III. DE LEPORE

1. Ad submeiulos.

Cerebrum leporis ex uino potui datum mire emendat.

2. Ad oculorum dolorem.

Leporis pulmo subpositus et adligatus dolores sanat.

3. Ad perniones uel si pedes laesi fuerint.

Leporis pulmo inpositus supra pedibus mire sanat, si sub accessionem ei suspendas.

4. Ad locosas mulieres.

Leporis cor siccum et potui datum mire sanat.

III. DE LEPORE

1. Ad submeiulos.

Leporis cerebrum potum submeiulos emendat.

2. Ad oculorum dolorem.

Leporis pulmo superpositus et adligatus dolorem oculorum sedat.

3. Ad perniones et pedes a calciamentis laesos.

Idem pulmo adfert remedium.

4. Ad quartanas.

Leporis uiuentis cor sublatum et quartanariis collo uel brachio suspensum emendat.

5. Ad loca mulierum.

Leporis cor siccum et potum locorum mulierum dolorem sedat.

α 2 Plin. XXVIII 215; Ps.-Theod. p. 285, 16 *α* 8 Marc. XXXIV 29

α: ***L Ha*** (***A***)

1 De medicamentis leporinis *Ha* 2 submegilos *Ha* 4 detur, sanat *Ha* 7 dolores tollit *Ha* 10 pulmo supra pedes positus mire *Ha* 12 eius pendat *Ha* 14 et *om. Ha* 15 mire *om. Ha*

β: ***Ca Vr Vi Va***

